

C.



- Ab i.e. Aurum. ☽. Germ. Gold.*
Cabala, Caballa, & Cabalica, est Ars Cabalistica, & scientia occulta, quæ divinitus una cum lege Moysi tradita fuisse fertur. vid. Mart. Ruland. fol. 108.
- Cabalatar & Cabulator est Sal Nitrum. ☉. Germ. Salpeter.*
Cabales Caballi (Gabales Crollii) sunt Lemures & astralia hominum corpora &c. vid. Mart. Ruland. fol. 109.
- Cabalicis, est species Storacis. Germ. Storar.*
Caballina herba, i.e. Cauda Equina, vel Equisetum. Germ. Ros. Schwanz.
Cabebi, Cabeb & Cabeth i.e. Squama ferri.
Cabdatim, i.e. Tamarandi. Germ. Tamarinden.
Cabel i.e. Stercus. Germ. Unrath/ Auswurff.
Cabulator i.e. Cabalatar Sal Nitrum. ☊. Germ. Salpeter.
Cacabre vel Karabe, Gummi est, quod dicitur Electrum.
Cacabus seu Lebes est Vas cupreum, △ reum seu ferreum majus, unde intus obductum, in quo medicamenta coquuntur. Germ. Kessel oder Geschir zum Kochen. vid. & Lebes.
Cacabus Veneris, i.e. Papaver palustre.
Cacao, Cacho seu Cacoa est fructus colore fuscus, tenui membranâ conclusus, alicujus arboris Americanæ ex Guatimala &c. magnitudine Amygdali vel ut quidam putant Mali aurantii. Hujus arboris quatuor genera in America inveniuntur. Germ. Cacao-Nuss odor Früchte. Plura legenda sunt apud Dominum Laët in sua Histor. occident. Libro 20. Cap. 2. item in descriptione Domini Ximenis de Americanis animalibus, item apud Thomam Gage Anglum &c.
- Cachimia. Germ. swisse Silber-Kreide.*
Cachita, i.e. Tragacanthum. Germ. Dragandt.
Cachostomachum, debilitativum stomachi. Germ. das den Magen schwächt.
Caebris vel Conchris apud Dioscoridem significat Semen Rorismarini, imo ipsum etiam Rorismarinum sive Libanotidem. Dicitur & germinatio arborum quarundam videlicet Abietis, Juglandis, Piceæ, Quercus &c.
Cachymia, Cachimia, Kakimia, terminus est Paracelsicus, quod denotatur corpus Metallicum imperfectum, vel immatura metalli Minera &c. vid. Lex. Brun. vel Kachimia.
- Cacia ferrea i.e. Cochlear ferreum. Germ. ein inferner Löffel.*
Cacoalexiterium vid. Alexiterium. Germ. Gifft-Mittel.
Cacodes significat malè olens. Germ. das übel riecht.
Cacolla, Cacul, Cacule, idem est ac Cardamomum. Germ. Cardamumlein.
Cacorema vid. Corema, est purgamentum.
Cakrios, Kakrios, i.e. Rosmarinus, vel Semen ejusdem. Germ. Rosmarin-Samen.
- Cacumina seu Cacuminula sunt Summitates. Germ. die Sprossen.*
Cacusen, i.e. Ferrugo Ferri. Germ. Eisen-Rost.
- Cadaria*
- | | | |
|---------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------|
| <i>Cadmia acinosa</i> | } est Tutia.  | Germ. Tutien oder Tutsus, |
| <i>Cadmia Alexandrina</i> | | |
| <i>Cadmia Botryitis</i> | | |
- Cadmia candidus Liquor aliquando nominatur.*
- | | | |
|------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------|
| <i>Cadmia factitia</i> | } est Tutia.  | Germ. Tutien oder Tutsus. vid. Tutia. |
| <i>Cadmia fornacum</i> | | |
- Cadmia*

Cadmia fossilis metalli expers est Lapis calaminaris. Germ. Rassmenstern.
Cadmia fossilis lapidosa Utuntur ea ærarii fabri, qui ex ære Aurichalcum
Cadmia fossilis nativa parant, siquidem sine ea id parari non potest.

Cadmia fossilis metallicavid. Cobaltum.

Cadus est nomen vasis vinariae & certæ quoque mensuræ, videlicet Amphorarum octoginta. Amphora vero Libris octo, vel Unciis nonaginta sex æstimatur. vid. Linden.

Cecilia seu Cœcilia vel Cœcula est nomen Serpentis, cuius morsus & venenum eodem cum Amphisbœna aut Vipera infert symptomata, teste Foresto.

Cementatio, Cæmentum, Cæmentum, Cimentum & Cimentatio est corrosio sicca, quâ corpus aliquod metallicum, cum Salibus corrodentibus stratificatum calcinatur.

Casa, Caphura vid. Camphora. Germ. Campher.

Casarum est Gummi Asphaltum. Germ. Juden Pech.

Chabos seu Chaos est Elementum aëris, seu Globus scatens omnibus Elementis. vid. C. Glaseri Nov. laborat. Chym. fol. 576. & alii Authores, speciatim Ideus.

Chabos seu Chaos magnum Poterii, nil aliud est quam $\text{X}\overline{\text{O}}$, in $\nabla\overline{\text{O}}$ solutus & $\nabla\overline{\text{A}}\text{O}$ $\text{O}\overline{\text{O}}$ -tus, ex quo deinde Chaos ejus magnum præparatur singulare remedium, vid. ejus scripta.

Caibam, i. e. Menthastrum. Germ. wilde Münze.

Cakele est Herba similis vermiculari, saporem habens acetosum & saltem. Germ. ein Kraut dem Mauerpfesser gleich.

Cal est Arsenicum Citrinum, item \ddagger tum.

Calæ, Calaëm, Calaëmum est species Stanni Indici, quod Δ nis examini subiectum trānsmutatur in speciem Cerussæ, qualis fit ex plumbō & stanno nostrate. vid. Lex. Brun.

Calambucum seu Tabrobanum Lignum, seu *Xylum Aloës* vid. Agallochum seu Lignum Aloës. Germ. Paradiß-Holz.

Calamina seu Calaminaris Lapis est Cadmia lapidosa, metalli expers est Lapis, qui reperitur in metallorum fodinis, fossilis, subflavus. vid. Lapis calaminaris.

Calamintha ∇ tica est Mentha ∇ tica vid. Herb.

Calamintha Italica seu montana. Germ. Berg-Münz/ oder wild Mutter-Kraut. vid. Herb.

Calamus Alexandrinus vid. Rad. Calami aromatici.

Calamus Aromaticus vid. Rad. Acori veri. Germ. Calmus.

Calamus Aromaticus Indicus vid. Rad. Calami aromatici.

Calamus dulcis vid. Caffia fistula. Germ. Cassien Pfeiffen.

Calazia est Lapis pretiosus habens in se maculas grandini similes.

Calcadis & Calcantum est species Atramenti.

Calcadis est Vitriolum album, aliâs Sal Alkali.

Calcaneus, Calcaneum, Calx, Os Calcis, quod Astragalo subest.

Calcaneus leporinus vid. Talus leporinus. Germ. Hasensprung.

Calcanthum, Calchantum & Chalchantos significat 1. Flores Eris, 2. Calcitidem quæ species Vitrioli, 3. Vitriolum, 4. Es ustum vel pétrinum, 5. Vitriolum viride, vid. Vitriolum.

Calcarius Lapis, est Saxum unde Calx paratur.

Calcata est Atramentum Citrinum.

Calcatar, Calcotar, Calcadinum, est Atramentum rubeum, Vitriolum. D

Calcaton i. e. Trochisci de Arsenico. Germ. Mausgifft-Beltlein.

Calcena, Calcenon, Calcenonia, Calcinonia, dicitur minera Tartarea, morbosâ sive Calx Tartarea.

Calcbiteos

Calchiteos est Ærugo Æris, item Marcasita, & Calcitheos.

Calcidium, dicitur medicamentum de Arsenico.

Calcifraga Scribon. Germ. Nessel Fahren oder klein Milz-Kraut. vid. Ceterach seu Scolopendrium verum in Herbis.

Calcinare est corpora dura vel lapidea ita resolvere, ut in tenuissimum pulvrem redigi queant. Sign. \mathcal{D} , \mathcal{E} , \mathcal{M} , \mathcal{P} , \mathcal{S} , \mathcal{W} , \mathcal{Z} , \mathcal{T} , \mathcal{L} , \mathcal{C} , \mathcal{G} , \mathcal{A} . Calc.

Calcinatio Argenti est quatruplices. 1. immersiva, 2. amalgamatoria, 3. cementatoria, 4. reverberatoria, quæ fusus videri possunt ap. Schröder. *Phar. Med. Chym.* Lib. 3. fol. 378. Sign. $\mathcal{D}\mathcal{F}$, $\mathcal{M}\mathcal{F}$.

Calcinatio Auri quinque modis peragitur, & est: 1. immersiva, 2. vaporosa, 3. amalgamatoria, 4. cementatoria, 5. reverberatoria, qui modi prolixius describuntur à Schröd. fol. 363. Sidn. \mathcal{M} .

Calcinatio corporum est combustio quæ fit Δ ne majori, vel est rerum coagulatum solutio, suntque calcinationes multiplices.

Calcinatio corrosione sicca, est quando corporibus calcinandis non humor, sed ejus in locum corrodentes materiæ siccæ adjunguntur, quibus calcinantur, estque Cœmentum & Commixtio.

Calcinatio corrosione vaporosa, est quando in tenues laminas corpora metallica redacta, per acrem corrodentemque fumum calcinantur.

Calcinatio humida quæ fit per vapores ∇ sos & calidos à locis vicinis metallicis elevatos, qui vapores calidi & ∇ si acuati sunt Sale Terræ centrali, vel ut alii vocant Sal naturæ.

Aliquando corpora laminata super ∇ ortibus, aliquando super \mathcal{H} to, vel recrementis uvarum pressarum suspenduntur &c.

Calcinatio humida Philosophica seu sine Δ ne calcinata dicta, exempli gr. Cornu Cervi, Ebur, Ossa & alia in alembico suspensa, sine Δ ne per vapores ∇ eos elevatos in alembicum, sensim sensimque penetrantes, ossa ut fiant friabilia & conterebilia.

Calcinatio alia humida Philosophica seu Spagyrica vel sine Δ ne dicta, quoque fit per coctionem in Lixivio, ut fiant friabilia, & conterebilia. Germ. Philosophische Calcinitzung / oder ohne Feuerbrennung.

Calcinatio humida immersiva fit quando calcinandæ res immittuntur in menstruum solvens. ex gr. si Cuprum immittitur in \mathcal{S} tri aut \mathcal{H} in \mathcal{H} tum, calcinatio est immersiva. Via sicca contingit, quando fit stratum super stratum, re calcinanda & dicitur propriè Cæmentatio, locumq; imprimis habet in metallis calcinandis, quæ in lamellas deducuntur & cum Θ liniis vicissim locantur, mixtura hæc committitur Δ ni ut Salia resoluta emittant suos \mathcal{S} acidos, qui rodunt additum metallum, & hæc cæmentatio quoque in Θ ro aliisque metallis adhibetur.

Calcinatio reverberis est in calcem solutio. Calx autem generali significatu est Pulvis quilibet in partes inpalpabiles comminutus, quam & alcohol nuncupare consueveré, itaque sub se comprehendit calcem propriè dictam. *Calcinatio specialis* est, qua principaliter dicta Calx in combustionē reverberante efficitur.

Calcinatum majus, dicitur omne quod arte Spagyrica dulce factum est, quod ex propria sua natura non erat, ut \mathcal{S} rii dulcedo, Plumbi vel ejus anima, Salis & similiū, quæ celerrimæ consolidationis existunt. Germ. der grosse Calcinat/ alles was durch Spagyrische Kunst süß gemacht ist.

Calcinatum minus est omne quod à natura dulce est & citissimè curat, ut Saccharum, Manna, Tereniabi, Nostoch & similia quæque. Germ. der kleine Calcinat/ alles was von Natur süß ist.

Calcitari est Sal Alkali & Alkael.

Calcitea est Dragagantium. Germ. Tragant.

Calcula

Calcitis nativa sponte sua nascitur & in fodinis concreta inventur, aeris ruborem & colorem habet, unde & nomen accepit, ac rubra dicta est. Germ. roth Rupffer-Wasser.

Calcitos est Es viride. ♀ Germ. Grünspan.

Calcitis, Calticis, Calcota est Atramentum rubeum.

Calcocos est Es. Erz oder Rupffer.

Calcokeumenos est Es ustum. Germ. Rupfferschlag. ♀.

Calculæ vocantur Conchæ, quæ nascuntur in mari. Germ. Muscheln.

Calculus humanus vid. Lapis humanus seu Ludus humanus.

Calculus Vini, Lapis Vini, Oenolithus, Fex vixi lapidosa, est Tartarus. Germ. Weinstein. vid. Tartarus. ♀

Caldar est Stannum. ♀. Germ. Zinn.

Caldarium, à caldus, pro calidus, significat Ahenum in quo quid ferre fit. Germ. Kessel.

Calendula, Caltba, seu Calthula. Germ. Ringel-Blum.

Cali i.e. Cinis clavellatus. LI Germ. Drusen-Asche.

Caliculi Glandium quercini Germ. Encheln-Hütlein. vid. Glandium Caliculi.

Calidus est Trochiscus de Arsenico.

Calix Glandium Plin. & Copula Glandium. Germ. Enchen-Hütlein

Callicamenon, Calcucementum, Casticum, Calcutium, Castitium, Calcute, Endebastum, est Es ustum. Germ. gebrändt Erz.

Callaeon, Palear est Barba Galli gallinacei. Lex. Brun.

Callena est species lis petræ.

Calliblepharon, dicitur Medicamentum palpebris exornandis accommodatum. Germ. ein Mittel zum Augbraunen.

Calliette & Caliette sunt Fungi flavi in plantis Juniperinis crescentes. Germ. Bachholder-Schwämlein.

Calliphylon Hippocratis, Tricophyes Apulay, Selinophyllum, Adianthum, & Amianthum Apulay, H. Capillaris, vid. Trichomanes. Germ. Steinfeder/Wiedertod oder Wiederthon.

Calocamonon est Es ustum. ♀. Johnsonus.

Calmet, Cosmec, Cosmet & Cusmet est Antimonium. ♂. Germ. Spissglas.

Calor arene, medius est inter Cinerem & Scobes ferri, estque quando vas materiam continens in catino .:rio .:nâ circumdatam substantiam fixiorum, quam Cineres propellere nequibant, protrudit. ubi adverendum, .:am subtilem, non adeo violentum calorem præbere, quam grossam.

Calor artificialis dicitur, qui ad Artificis nutum, accendi, dirigi & administrari potest.

Calor Carbonum est, quando calor prunarum flagrantium materiam, vel vas proximè tangit. Hujus usus est in infusionibus, cæmentationibus, probationibus, calcinationibus & dissolutionibus.

Calor Cinerum est, quando partes fixiores per Cineres eliciuntur. Hic medius est inter .:næ & Balnei calorem: proinde illius ope non modo subtiles & ad naturam visitatis simplicis approximantes substantiae propelluntur, sed & colores & fixiores partes eliciuntur.

Calor digerens est, quod materia dissolvenda digeritur, id quod aut athanore, aut fimo perficitur.

Calor simi est, quando vase infimo posito, materiamque continentem, digestio fit. Hic calor multi usus est apud Artifices, in infundendis, digerendis & putrefaciendis rebus &c.

Calor flammorum est, quando adhibito conveniente alimento, flammæ materiam attingunt. Hic calor vocatur Δ vivus, quo reverberantur & calcinantur omnium metallorum corpora, nec non Spiritus tandem propelluntur.

Calor fortis est, quando Δ ne auctiori & intensiori res separantur.

Calor impeditus est, quando Δ is à materia vel vase, ne illud proximè tangat, ab alio vase impeditur.

Calor liber est, qui proximè materiam, aut vas materiam continens tangit &c.

Calor naturalis est, quando radii \odot lares, vel per se materiam sibi applicatam excoquunt, vel in speculo concavo collecti, rei applicantur &c.

Calor scobis aut scoriae ferri, calore \odot næ intensior, & aperto vicinior est, quando ex scobe vel scoria ferri res propelluntur. *Mart. Ruland.*

Calor vesicæ levis est, quo ex materia vesicæ imposita, applicato alembico, substantia humida prolicitur.

Caloris species à Rhenano enumerantur, cum eorum descriptionibus 1. *Calor naturalis*, 2. *artificialis*, 3. *simplex*, 4. *Calor digerens*, 5. *digestio in athanore*, 6. *Calor simi*, 7. *Calor separans*, 8. *lenis Calor*, 9. *Calor vesicæ*, 10. *Cinerum Calor*, 11. *fortis Calor*, 12. *Calor impeditus*, 13. *Calor \odot næ*, 14. *Calor scobis aut scoriae ferri*, 15. *Calor byeræ*, 16. *Calor carbonum*, 17. *Calor flammorum*, *Calor mixtus* qui *Balneum* appellatur, quod duplex est, *MB.* & *Balneum Roris*.

Calostrum, i.e. Lac recens. Germ. frische Milch.

Caltha Alpina, *Nardus Alpina*, *Celtica seu Romana*. vid. *Flores Spicæ Celticæ*. Germ. Mariä Magdalena Blumen.

Caltha, *Calthula*, *Calendula*. Germ. Ringel Blumen. vid. *Floræ Calendulæ*.

Caltha palustris. Germ. Schmeerblumen. Crescit in aquosis locis.

Calufar est Oleum de Nuce Indica.

Calusa, *Cyptos* est Crystallus.

Calx in Chymica significatione est \ddagger quilibet, per ablationem superfluæ humiditatis, in partes tenuissimas & quasi impalpabiles comminutus. Sign. \odot , C, \square , \mathcal{E} , \mathcal{C} , ∞ , \mathfrak{F} , \mathfrak{L} , \mathfrak{W} , \mathfrak{P} , \mathfrak{Y} , \mathfrak{X} , \mathfrak{Y} .

Calx Chymicis quoque dicitur, quod calcinando vel in Alkool convertitur ut *Calx Saturni*, vel saltem friabile factum est, ut *Cornu Cervi* ustum.

Lex. Blanc.

Calx affata est Alumen ex pomis.

Calx Auri est \odot rum fulminans.

Calx cochlearum est Specificum antifebrile Crollii.

Calx fixa est materia permanens & incremabilis.

Calx Jovis est \mathfrak{J} num calcinatum seu ustum, & quia in ea \mathfrak{J} latet, idcirco *Spiritus Jovis* nominatur. Germ. gebrandt Zinn.

Calx Lignorum sunt Cineres eorum, qui in vitrum aut aliam materiam non convertuntur sed Cineres manent.

Calx Lunæ est \mathfrak{J} tum, *Calx Jti*, vel *Azurinus flos ejus*. Germ. Silber Kalk.

Calx manica alba, est *Calx alba peregrinorum*, vel ex ossibus piscium majorum albis vel conchis marinis, quas in pileis gestant, confecta.

Calx Martis est *Crocus chalybis* vel ferri. Germ. die Röthe von Eysen.

Calx Mercurii est \mathfrak{M} -tus, Germ. zu Boden geschlagen Quecksilber.

Calx peregrinorum est *Tartarus*. \mathfrak{T} Germ. der Weinstein.

Calx permanens vel *fixa* est incremabilis materia.

Calx Saturni est *Minium* vel *Plumbum* ustum. Germ. Blei gelb. \mathfrak{S} .

Calx Solis est \odot rum calcinatum. Germ. Gold Kalk. \mathfrak{K}

Calx Veneris est viride Æris. Germ. Grünspan. \oplus

Calx viva

Calx viva seu muraria non extincta, abestos, fit ex lapide calcario beneficio
 Δis fortiter calcinando & aliis variis medis. Est autem *Calx viva duplex*,
 coloris candidi & cœrulei, vis omnium est adurens, ignea, mordens, crustas
 inducens, urit in summa, discutit & extrahit, odit naturaliter vnam, quā
 acceditur, amat Oleum, quo facilimē commiscetur. Sign. ♫, ♪,
 ♭, ♯, ♩, ♪, ♩, ♪, ♩, ♪, ♩, ♪.

C. V. legendum *Calx viva*. ♪ Germ. Lebendiger Kalz.

C. V. ita à Medicis præscriptum legendum Cum Vino.

Calyculi, Cupulae, putamina Glandium. vid *Glandium Calyculi*.

Cambar est Terminus Spagyricus à Canna id est Δnis, & Bar filius. vid.
Lex. Brun.

Cambill est Terra rubea. ♩ra. Germ. rothe Erden.

Camelopodium, Prasium & Prassium est *Marrubium*. Germ. Andorn. vid. Herb.

Caraelorum stramen seu pastus. vid. *Poenum Camelorum*. Germ. Camcht. Heu.

Câmes, Camet est Argentum. ☽. Germ. Silber.

Cachunde, Caschan vid. *Caschew seu Catechu*.

Cameleon scribitur pro Planta & pro Animali, pro Animali est *Camelus*, pro Plan-
 ta est *Camomilla*.

Cameth dicuntur illa, quae se servant in salmuria, ut *Olivæ*, *Cappares* &
 similia.

Camphora, Campbura, Cafur, Caphur & Capur. Germ. Campher / Camffer oder
 Gaffer. Lachryma arboris in sumatra propè Baros crescentis, item
 arboris in Chinea, Japonia & India crescentis, eligenda est aiba, pellu-
 cida, sincera, valde odorata, quæ spuria est arescit. Deterior est crassa,
 fusca, nigra, ossulis Ligni sui implicita. Fruetus formosi sunt, Avellanæ
 Nucis magnitudine oblonge rotundi, tenui tunicâ cincti: &c. Ex radici-
 bus *Cinamomi* quoque *Caphura* elicetur. Optima *Camphora* ex *Borneo*
 huc adfertur. Benè vel optimè in Semine *Lini* conservatur. Piura de
Cafur legenda sunt apud *Gothofred.* *Mæbium* aut ejus *Anatom.* *Campho-*
ræ, Sphröderum, Frid. Hoffm. & Erasmi Francisci Hort. Indic. &c alios.
 Sign. ☰, ☱.

Canum est Potus qui fit ex Hordeo & aliis frugibus. *Dioscorides*.

Canabit vid. *Eretria*, & *Eretrias*. △ Germ. Erde.

Canalis apud Chymicos intelligendus *Canalis Atembici*, & apud Medicos *Canal-*
lis pro Clysteribus.

Canopus vid. *Cannabis seu Semen Cannabis*. Germ. Hanß.

Canarmenum, Lutum Armenum vel Bolum Armenum est quædam vena terræ,
 quæ præcipue in Armenia invenitur, virtutem habens constringendi.

Cancanum, quidam Laccam esse putant, alii Animæ Gummi. *Dioscoridi* est
 Arabicæ arboris Gummi, vel Lachrymæ Myrræ quodammodo similis,
 virosum gestus: quod ad suffumenta usurpatur. *Lex. Blanc*.

Cancantum, Calcant, ☽ Germ. Kupffer Wasser.

Cancer seu *Astacus*. Germ. Krebs. Piscis genus est, mollem testam habens pro
 tegumento, cuius multæ sunt species, & varietates, quorum alii longum
 habent corpus, alii rotundum obtinent, ut cancerorum omne genus,
 tam marinorum, qui quam plurimi agnoscuntur, quam fluvialium,
 qui multo pauciores & minores reperiuntur. Officinarum cancer est
Astacus, vulgaris & fluvialis, qui magna abundantia in Germaniae
 Provinciis atque aliis Regionibus capit. Ingrediens est △ Antiphthi-
 sicæ. Sign. ☯.

- Cancer apud Chymicos seu Henmeticos est ** vid. Sal Armoniacum.
Cancinpericon id est calidus equi simus.
Caueri combusti. Germ. verbrendte Krebs.
Cancri herba vid. Empetrum seu Herniaria, & aliquando Heliotropium, Cauda Scorpionis &c.
Cancrorum Oculi vid. Lapidés Cancrorum. Germ. Krebs-Augen.
Candarum, i.e. Olibanum. Germ. Wenzrauch.
Candelæ fumales seu Aviculæ Cypriæ. Präparantur ex odoriferis Gummatisbus & carbonibus Tiliæ, seu Salicis beneficio mucilaginis Tragacanthi, ut efformari queant Candelæ tripedes.
Candelaria seu Candela Regia vel Lanaria vid. Flores seu herbas Verbasci. Germ. Wüllkraut Blumen.
Candela Regia seu Lanaria vid. Flores seu Herb. Verbasci.
Candidæ illæ particulæ in florum Rosarum rubr. foliis. vid. Lobos seu Lobus.
Candisatio, competit solo Saccharo, quod in ▽ a solutum, purificatum atque ad consistentiam Sacchari Candi inspissatum, in Crystallos concrevit, idque Candisari vocant. Imponunt autem solutioni nonnunquam res medicamentales solidas, ut Crystallis illis saccharatis obducantur, easque confectionibus & candisationibus adnumerant. Germ. Candisirung / oder mit Candel-Zucker überzogen.
Candidum Ovorum, Ovi albor & Ovi album, Albumen Ovi, Claretæ seu Leucomæ & Leucon Ovi. Germ. Eyerklar oder Eyerweiß. ♂.
Candum Saccharum, dicitur in Crystallos redactum, vulgo Saccharum Candi seu Candum, Cantum vel Candium, Crystallinum, Lucidum. Estque Saccharum depuratum, candisandō in Crystallinam formam s. a. redactum, ad modum superius dictum: Est pro viliori vel depuratori Saccharo vel album seu rubrum. Germ. brauner / oder rother / oder weißer Candel-Zucker.
Canella vid. Cinamomum. Germ. Zimmet.
Canfor est Planta, cuius Gummi est Camphora, & Lignum album, leve, in cuius ramis continetur aliquid Camphoræ.
Canfora vid. Camphora. Germ. Campher. ◀◀◀◀
Canicularis herba vid. Hyoscyami radices aut semen.
Canis axungia est pinguedo Animalis latrabilis s. latrantis satis noti. Germ. Hunds-Schmalz oder Fett.
Canis infernalis est Nitrum. ♂ Germ. Salpeter.
Canis stercus vid. Album græcum. Germ. Hunds-Dreck.
Canna Fistula vid. Casia Fistula. Germ. Cassien Röhren.
Cannabina ▽tica mas est Eupatorium cannabinum vid. Herb.
Cannabis vid. Semen Cannabis. Germ. Hanff-Samen.
Cannutum, Canutum, i. e. Calamus vel Canna.
Canopus est Cortex medianus Sambuci. Germ. die mittlere Hollunder-Rinden.
Cantacon est Crocus hortulanus. Germ. Gaffram.
Cantarelli, vocantur Vermes quidam, qui in vernacula lingua Vermes majales vocantur, qui in Oleo macerati, oleum eadem cum Scorpionum oleo virtute imbuere dicuntur. Horst. Libr. 8.
Cantharellus seu Scarabæolus undatus est Vermis Majalis. Germ. Rodten/Schmalz-Käfer oder Mayen-Wurm.
Cantharides seu Musca Hispanicæ. Germ. Spanische Mücken oder Fliegen. Animalia sunt putrida, quoniam ex tali materia constituta & in multis fructibus, ut Ligastro & arboribus proceris, ut Fraxino, Populo, numerosè procreantur, aluntur ac reperiuntur. Probantur in frumentis inventæ, versicolores, & quæ transversus in alis lineas habent, oblongo corpore. Quæ recentes sunt & solidæ, præstant: nam veterascentes facile cariem sentiunt, unde in medicamentis inutiles fiunt, præparatur ex iis Emplastrum vesicatorium.

Cantum

Cantum Saccharum vid. *Candum Saccharum*. Germ. *Kandel-Zucker*.

Capella Chymicis denotat *Vasculum*, in quo separatio metallorum puriorum ab impuris instituitur. Appellatur etiam *Vas* in quo sibi continetur, cui *Vasa* una cum materia destillanda committuntur. Germ. *Capelle* / Sand-*Capelle*. Sign. $\mathcal{T}, \mathcal{P}, \mathcal{O}, \mathcal{X}, \mathcal{X}$.

Capella & Pavo agrestis vid. *Vaneillus*.

Caphura vid. *Camphora*. Germ. *Campher*.

Capi seu Caponis axungia est pinguedo Galli castrati *Avis* terrestris satis noti. Germ. *Capaunen-Schmalz* oder *Fett*.

Capillaris aurea, *Barba Herculis*, *Adiantum Oream*. Germ. *gulden Wiederthon*. vid. *Herb.*

Capillaris herba, *Crinita herba* & *Circinnalis herba*, *Capillus Veneris*. Germ. *Frauen Haar*.

Capillus Veneris, *Adiantum nigrum*, *Trichomanes* vid. *Herb.*

Capillus (extra crines) est *Lapis Rebis*. *Mart. Ruland.* & *Johnson*.

Capistrum Ori est *Borax*. \mathcal{U} Germ. *Borax* & *Lapis Philos*.

Capita circa herbas denotant rotunda illa seminum aut florum Receptacula, vid. *Codia*.

Capita 4. rei pharmaceutice seu Evangeliste 4. Pharmacopœorum Guferi Medicin. Domest. Tab. 67. & 72. sunt *Cera*, *Oleum*, *Mel* & *Saccharum*.

Capitellum est ∇ a *Saponis* seu *Lixivium*. Germ. *Schiffen-Wasser* oder *Laugen*, Sign. \mathcal{Z} .

Capitellum etiam intelligitur *Alembicus*. vid. *Galea*. Sign. \mathcal{N} .

Capitellum est *Liquor* seu *Lixivium* cum floribus & herbis infusum & præparatum, quod capita lavantur. Germ. *Hauptreinigende* oder *stärkende Laugen*.

Capnelæum, ast species Resinæ, quæ sponte fluit, calidior, tenuior, liquidisq; omnibus resinis liquidior, ut ad *Oleum* ferè accedit &c. Dicitur & *piscis flos*. *Lex. Brun.*

Capniflon, est *Oleum* quod ex aromatibus vim aromaticam fragrantemque acquirit. vid. *Ætius Lib. i: Teste Gorr.*

Capnitis est genus *Cadmiæ* factitiæ. vid. *Cadmia*.

Capnos, *Fumaria*, *Fumus Terra*, *Cerefolium*, *Columbinum* & *Felinum*. Germ. *Erdrauch*. vid. *Herb.*

Capnos altera, vid. *Rad. Aristoloch. rot. minor*.

Capnos Lobelii est *Fumaria*. Germ. *Erdrauch*.

Capparis vid. *Cortices Capparum*. Germ. *Cappern Wurzel-Rinden*.

Capra Alpina vid. *Lapis Bezoar Germanicus*.

Capreola vid. *Rubicapra* seu *Rupicara*.

Capri cerva vid. *Lapis Bezoar Occidentalis* s. *Orientalis*.

Capricornus est *Plumbum* \mathfrak{h} . Germ. *Bley*. Sign. \mathcal{A}° , \mathcal{Z} , \mathcal{V} , \mathcal{X} .

Caprifolium, *Lilium inter Spinas*. vid. *Flores & Caprifolii*. Germ. *Spuck-Lilien*.

Capula & Calix Glandium Plinii. Germ. *Eyckeln-Hütlein*.

Caput Monachi vid. *Herb.* seu *Radices Taraxaci*. Germ. *Pfaffen-Röhrlein*.

Caput mortuum est fæx seu residua illa materia crassa & sicca, quæ in destillationibus, præcipue mineralium remanet: communissimè autem remanentiam *Vitrioli* notat. Germ. *Todten-Kopff*. Sign. \mathcal{O} , \mathcal{M} , \mathcal{P} , \mathcal{O} , \mathcal{A}° , \mathcal{V} , \mathcal{P} , \mathcal{O} , \mathcal{F} , \mathcal{O} .

Caputpurgia, dicuntur Medicamenta omnia, quæ capitis purgandi gratiâ applicantur, sive fiant per apophlegmatizantia, errhina, sternutatoria &c.

Carab est *Siliqua*. vid. *Johnson*.

Carabe vid. *Succinum* & *Karabe*. Germ. *Agdstein*.

Carabus, interdum pro insecto in Lignis aridis nato sumitur, & pertinet ad Scabæos, vel pro Locusta marina, vel etiam pro Cambaris seu Astacis teste Aldrov. Lib. 2. de crustac. C. 2. sumitur.

Caranna est Resina duriuscula, tenax, non admodum glutinosa, Tacamahacæ similis, nisi quod sit paulò odoratior, nigrior & splendidior, liquidior & densior. Advertur ex Carthagine Indiae occidentalis seu Novæ Hispaniæ Provincia, ubi ex vulnerata arbore elicetur, atque illinc foliis latis ac nervosis instar arundinaceorum foliorum involuta ad nos pervenit. Sæpè istud gummi incucbitis excavatis quoque colligitur.

**Cerboanthes* vid. Anthrax est pruna seu carbo accensus.

Carbo humana est Stercus humanum. Mart. Ruland. & Johnson.

Carbo petræ est bituminosa quædam Δ. Germ. Stein Kohlen.

Carbones Cœli dicuntur Stellæ.

Carbones quoque dicitur Lapis Philosophorum.

Carbunculus Candidus. vid. Belagius.

Carbunculus vid. Lapis Granatus & Rubinus.

Cardamomum Arabicum majus vel *Grana Paradisi*, *Malyreta* & *Menigeta* & *Miligena*, *Malagueta*, *Melligeta*, *Sarcocolla*. Germ. *Paradis-Körner*. Afferuntur in Europam. Alexandriæ Ægypti ac etiam ex Indiae Orientalis Provinciis. Malovar, Jova & simil.

Cardamomum simpliciter ita dictum est *Cordamomum excorticatum minus* sive *Indicum*, *Cardumenum* & *Cardumenum Mauritanorum*. Germ. *Cordamölein*. Advehitur in Europam Alexandria Ægypti ac etiam ex Indiae Orientalis Provinciis. Malovar, Jova &c.

Cardamum & *Cressio* est Nasturtium hortense. Germ. *Garten-Kressen*. vid. *Herb.*

Cardanum, *Crocus Hortulanus*. Germ. *Garten Saffran*.

Cardel est *Sinapi* vid. *Sem. Sinapi*. Germ. *Senff*.

Cardiaca herba, *Pata Lupina*, *Agri Palma*, *manus Ste Marie*, *herba pectoralis*. Germ. *Herzgespann-Kraut*. vid. *Herb.*

Cardiacum seu *Cordiale*, est Medicamentum cor (ut olim putabant) robicans: sed potius blandam fermentationem sanguini inducens, qua Spiritus exhausti reficiuntur, unde circulatio per consequens benignior & facilior redditur. Germ. *Herzstärkung*.

Cardir est *Stannum*. ȝ. Germ. *Zinn*.

Cardis est *Mars* vel *Ferrum*. ♂. Germ. *Eisen*.

Cardonium est *Vinum herbis medicatum*, ita ut mustum recens iis affundatur & defæcatio subsequatur. Germ. *Kräuter-Wein*.

Cardopatia & *Cardopatum*, *Carlina* vid. *Rad. Cardopatiæ*. Germ. *Eberwurzel*. *Cardumenum* & *Cardumenum Mauritanorum*. Germ. *Cordemölein*, vid. *Cardamomum excorticatum*.

C. B. ita à Medicis præscriptum legendum est *Carduus Benedictus*. Germ. *Cordabenedicten*.

Carduus Benedictus & *Mariæ*. vid. *Herbas seu Semina*.

Carduus Fullonum, *Carduus Veneris*, *Virga Pastoris*, *Librum* & *Lavacrum Veneris*. vid. *Carduus Fullorum in herbis*. Germ. *Bubenstrahl oder Weber-Karten*.

Carduus Suarius, *Carduus Varius*, *Chamaleon*. vid. *Rad. Cardopatiæ*. Germ. *Eberwurzel*.

Carduncellus atracilis est *Carduus Benedictus*. Germ. *Cardobenedicten*.

Carena est vigesima quarta pars *Guttæ*.

Carica seu *Ficus* Germ. *Fingen*. Copiosè crescunt & reperiuntur in Gallia Hispania & Italia, Mafilienses & Provinciales omnium laudatissimæ censuntur; plura apud Authores legenda.

Cerium Terræ i.e. *Gluten*. Germ. *Lehm*.

Carlina vid. *Rad. Cardopatiæ*. Germ. *Eberwurzel*.

Carminantia seu *Carminativa* dicuntur *Flatus*, discutientia ut sunt, *Anisum*, *Carvum*,

- carvum, fœniculum, cuminum, levisticum &c. Germ. Wind:reibende Mittel.
- Carmi* est Obolus. Germ. ein Heller.
- Carmot* vocatur materia Lapidis Philosophici.
- Carneolus* vid. Lapis Carneolus seu Sarda. Germ. Carneol.
- Carnifex spagyricus*, dicitur Vulcanus sive Δ in negotio Lapidis philosophici, Fr. Basil. Valent. de Lapid. Philos.
- Carniglutinum* seu *Gluten Carnis*. Germ. Fleischbein vid. Sarcocolla.
- Caro* in medicina substantiam istam molliorem fructuum succulentorum, quæ alias pulpa vocatur, significat, ut *Caro vel pulpa casiae, cydoneorum, citri passularum, prunorum* &c. Germ. Fleisch oder Marck.
- Carobæm*, *Carrubia* & *Cærobia*. Germ. Johannis-Brod. vid. Siliqua dulcis.
- Carenum* quibusdam *Carenum*, est Vinum decoctum, ita ut tertia pars absumentia sit, duæ tantum remaneant. *Gorri*, plura vid. apud Linden.
- Caros* vid. *Carvum* seu *Semen Carvi*. Germ. Kummel.
- Carota* vid. *Semen Pastinacæ domesticæ*. Germ. Pastinachen Samen.
- Carpesæ*, *Quabebam*. vid. Cubebæ. Germ. Cubeben oder Schwanz-Pfeffer.
- Carpifolium* Germ. Speck-Lilien. vid. Flores Caprifolii.
- Carpionum* *Lapilli* vid. Lapillus Carpionis.
- Carpobalsamum* *Granum* seu *Semen Balsami*. Germ. Balsam Rörner. Est fructus seu semen preciosi Balsami, quod hoc tempore adhuc planè incognitum est. Quod verò sub ejus nomine in officinis ostenditur, à legitimo Carpobalsamo longè distat. Secundum Dioscoridem, flavum, ponderosum, gustu mordens, & fervens in ore sit, oportet: quo circa pro vero Carpobalsamo succedaneum conveniens substituitur, videlicet Cubebæ.
- Carpos* vid. Fructus. Germ. Früchte.
- Carpus* est pars Manus vid. Lex. Brun.
- Carsia* est △ Θlis seu Θlis panis. Germ. Salz-Wasser.
- Cartilagines* *Cordium Cervorum*. Germ. Hirsch-Herz-Beinlein oder Hirsch-Kreuz. vid. Offa de Corde Cervi.
- Carvinum* est Lac quoddam. Johnf. Lex.
- Carum* vid. Semen Carvi. Germ. Kummel.
- Caryon aromaticum* vid. Nux Aromatica seu Moschata vel Moschata Nux. Germ. Muschaten-Nuß.
- Caryon Baflicum*, *Nux Regia*, *Perfica*, & *juglans*. Germ. Welsche Nuß vid. Nux juglans.
- Caryon ponticum*, *Septo Caryon*, vid. Nux Avellana. Germ. Haselnuß.
- Caryophyllata* vid. Radices Caryophyllatæ. Germ. Garaffewurz.
- Caryophylli aromatici*, *Gariofili* & *Garyophylli* Fructus est arboris exoticæ ejusdem nominis, quæ nascitur in Insulis Amboma, Molucis & Philippinis in India, & ex ea transfertur. Germ. Nelken oder Nägelein oder Würznelken gelgen. *Caryophylli vulgares immaturi* sunt, *Antophylli* verò maturiores, de quibus suo loco. Vide rerum Indicarum Scriptores. Inter alios Librum editum de Regno Sineni Neuhoffii &c.
- Caryophylli bortenses* vid. Flores Tunicæ. Germ. Nägelein-Blumen.
- Caryophyllorum Mater*, *Antofilus*. Germ. Mutter-Nägelein, vid. Antophylli.
- Caryotæ* & *Caryoti* est nomen Dactylorum sive fructuum palmæ optimorum qui in Syria & Palestina crescunt. vid. Dactylus. Germ. Dacteln oder Datteln.
- Caschew* seu *Catechu* vel *Cachund*, *Cash*. *Moschat*. quidam ita præparant: r. Terræ Japponicæ ȝ. Sacch. cand. albi ȝiv. Ambræ gryseæ gr. vj. Moschi opt. ȝj. Misce, fiat omnium pulvis, ex quo cum s. q. mucilaginis traganthi fiant Pastilli oblongi instar muscerdæ. Alii alio modo præparant. vid. *Mart. Ruland*.

Caseus

Casens preparatus est residentia viscosa manens in fundo lactis ex caseo defluis-
entis. Germ. Räß.

Casens vetus nominatur *paletyrus*. Germ. ein alter Räß.

Casibo est *Cyperus*. vid. *Johns. Lex.*

Cassia Alexandrina, *Calamus dulcis* vid. *Cassia fistula*. Germ. Cassien : Pfeiffen.

Cassia caryophyllata seu *Cortex caryophyllorum*, est *Cortex quædam ex America,*
China & Insula Bandam allata, quæ & odore & sapore caryophyllis
neutiquam cedit, & eapropter ita vocata; sed cujus arboris cortex sit,
nondum notum est. Germ. Nägelein: Holz.

Cassia extracta & medulla vid. *Cassiae flores seu pulpa*.

Cassia fistula, *Alexandrina*, *Calamus dulcis*, *Cassia cathartica*, *Cassia laxativa*,
nigra, *purgatrix*, *solutiva*, *Faba Indica*, *Siliqua Ægyptiaca*, *Indica* & *purga-*
trix. Germ. Cassien: Pfeiffen/Cassia: Fästel oder Cassia in Röhren. Istius fru-
ctus arbor procera est, instar juglandis, imd & folia ferè convenient,
sed acutiora sunt, instar Persici foliorum. Ligni materies valde compa-
cta. Fructus officinis notissimus. In India, Ægypto & Asia, frequens est &
per se nascitur. Eligenda est quæ ex Memphi & Alexandria Ægypti
convehitur, non admodum crassa, pellucens, recens, gravis, fracta, &
quæ concussa inclusis seminibus minimè constrepit. Plura apud Scripto-
res rerum Indicarum legenda sunt.

Cassiae flores seu Cassia extracta, *Cassiae Atramentum*, *Cassia cibrata*, *Cas-*
siae medulla. vid. *Pulpa*.

Cassia Lignea, *Cassia Syrinx*, *Cassia Officinarum*, *Cassia Lignea odorata*, *Xylo-*
Cassia. Germ. Cassien: Holz/ Holz: Cassien oder Mutter: Bimmet. De *Cassia*
Lignea & *Cinamomo*. Antiqui opiniones controversas habuerunt, qui-
dam putarunt quod sint cortices exteriores arboris *Cinamomi* & interiores
cortices arboris *Cinamomi* sint *Cinamomum*. Quidam etiam putarunt
Cassiae arborem in *Cinamomi arborem* transplantatam esse. Qui desiderat
evelvat *Antidotarium Weckeri*, *Garzias ab H. Manard. Bauhinum & Schrö-*
der. Nunc verò notum, & optima ratio, *Cassiam ligneam crassiorem* esse
Cinamomo, manducata mucilaginem quandam præbens: *Cinamomum*
verò odore fragrantius, sapore acrius atque præstantius *Xylocassia*.

Casibor & Casibott i. e. *Coriandrum*. Germ. *Coriander*.

Casiteros est *Stannum*. 4. Germ. Zinn.

Cassutha, Germ. Flachs: Sünd. vid. *Herbam Cuscutæ*.

Casta herba, *Glycide*, *Rosa Venetiana*. vid. *Flores seu radices Pæoniae*.

C stanea aquatica seu palustris vid. *Tribuli Aquatici*.

Castaneæ Arboreæ, *Leucenæ Galeni* seu *Castaneæ Sardinie*, *Nuces Tarantine*,
Castaneæ seu Cataneæ, *Glandes Sardinianæ*, *Glandes* seu *Nuces Sardiane*,
Nuces Heracleoticae. Germ. *Castanien oder Resten*. Fructus est arboris al-
tæ & proceræ, foliis serratis, crescunt in *Palatinatu*, & in Italia integri
montes pleni reperiuntur.

Castorei Lapis vid. *Lapis Castorei*. Germ. Biebergeln: Stein.

Castorei Pinguedo. Germ. Biebergeln: Schmalz/ invenitur in sacculis *Castorei*.

Castoreum. Germ. Biebergeln / ut *Anatomici* testantur, non sunt testes
Castoris, sed vesiculæ duæ seu folliculi hirsuti propè testiculos, quos sic-
catos ab *Incolis Mercatores nostri* emunt & iterum venditant. *Castor*
animal est genere *amphibium*, quod lacinè *Fiber* appellatur, ▽ ac ▽
ambiens, vivens piscibus, fructibus, corticibusque arborum; plura apud
Scriptores legenda.

Castracana, *Ruta capraria*. Germ. Genß: Rauten. vid. *Herb. Galegæ*.

Castrangula vid. *Radices Scrophulariæ majoris*.

Catagmatica sunt Remedia ad fracturæ curationem necessaria.

Catapasma est ☰ fragrans, qui odoris sui causa vestibus inspergitur. Item
☒ fragrans, qui post illationem, stomacho aut cordi applicatur. vid.
Diapasma.

Catapl.

Catapla ita à Medicis præscriptum legendum est *Cataplafma*.

Cataplafma est medicamentum topicum pultis consistentiâ &c.

Catapotium vulgò pilulæ , est medicamentum internum, quod deglutiendo ad alvum subducendam & purgandam , in forma pilularum, assumitur. Germ. *Pillen und Pillulen*.

Cataputia major & minor vid. Semen *Cataputiæ* majoris & minoris.

Cataputia maxima seu *Ricinus Americanus* vid. *Grana Tigliæ* Germ. *Americanische Spring-Körner* oder *Purgier-Körner* oder *Bohnen*.

Cataxa, *sericum crudum* dicitur id est, *Lanificum bombycin*.

Catechu sive *Caatchu* & inconvenienter *Terra Japonica*, succus est, ex variis adstringentibus fructibus expressis. Venit ex Pegu, Suratta, Magno Mogolis imperio, Malabaria, Bengala, & Zeilon. Inter Pinang cum foliis Betel ut plurimum usurpat. Verus fructus & basis est *Acacia orientalis*, planta Tamarindo non assimilis. Si tantillum ori indatur, adstringit primò, deinde saporem dulcem & gratum relinquit, eodem modo ac folia Thee masticata.

Catechu moschata vide *Caschevv moschata*.

Cateretica sunt caustica, sive medicamenta, superfluum carnem auferentia & perforantia.

Catharticum est medicamentum purgans, quod ventriculum, intestina, & quicquid in sanguine heterogeneum & vitiosum fuerit, expurgat & in communem cloacam, seu intestina præcipitat. Germ. *ausführende Arznen-Mittel*.

Cathimia, *Cathmia*, dicitur 1. vena mineralis subterranea, è qua effoditur ♂rum vel ♀tum, juxta quosdam metallifosores, 2. id, quod crescit in fornacibus ♂ri & ♀ti, 3. ♂rum, 4. ♀ti spuma, 5. fumus adhærens parietibus, dum æs ustum fit &c. MRulandus.

Catholicum seu *Panacea*, dicitur medicamentum universale, seu commune, omnes vitiosos humores corrigens & educens. Germ. eine allgemeine Arznen.

Cati sylvestris axungia vide *Felis axung*. Germ. *swildt Räthen-Fett* oder *Schmalß*.

Catilla est pondus novem unciarum ʒix. Germ. 18. Lotb. *Johns*.

Catillus vel *Catinus arenarius* vel *cinereus*, hoc est, vas terreum, in modum pilei rotundi, cum margine trium vel 4. digitorum, ex terra tenaci factum, item *catinus* vel *catillus æreus* vel *ferreus*. Germ. ein Pfann oder Capella.

Catinus vide *catillus* vel *Cupella*, Germ. *Capell*.

Catinus æreus, *cortina*. Germ. eine Pfanne.

Catinus ferreus Germ. eine Gießpfückel.

Catinus, *tigillum* □ Germ. Ein Tiegel.

Catma dicitur Limatura auri. ☐ Germ. Gold Fehessel.

Catocathareтика, sunt purgantia per inferiora.

Catoretica dicuntur medicamenta dejectoria, & sunt unde verbō, purgantia per alvum.

Catobil est Terra. ▲ Germ. Erde.

Cattaria vid. *Nepeta*. Germ. *Räthen-Kraut*. vid. Herb.

Caucalis est Myrrha media & pes gallinaceus & *Lappa agrestis*.

Cauda equina seu *caballina* vid. *Equisetum*. Germ. *Schafsten Heu*.

Cauda & *Laudamuris* est *crassula minor*, herba Tonitrus, est semper vivum minus. Germ. kleine Haustwurz, vid. Herb.

Cauda pavonis vid. *Pavo vel Pavus*. Germ. ein Pfau.

Cauda porcina vid. *Radices peucedani*. Germ. Haarstrang.

Cauda præter alias significaciones, vid. *Priapus*.

Cauda Vulpis Rubicundi est minium ex plumbō factum.

- Caulis* apud Botanicos significat caulem sive scapum Plantarum, in specie caulem Laseris vel Siphii.
- Caulis Jovis* vid. *Sedum majus*. Germ. grosse Haustwurzel.
- Causis* vid. *Ustio*. Germ. Brand. *Lex. Brun.*
- Causticus* est urens vel vim urendi habens, cuius materia est Lixivium forte, Calx viva, Auripigmentum, Chalcitis &c.
- Cauteria* sunt Remedia caustica & escharotica, & quoque præparantur ex Lixivio fortis, Ψ viva, \square to &c.
- Ceanothus asper* *Theop.* vid. *Uvæ crispæ*. Germ. Krussel-Beer / Stichel-Beer.
- Ceanothus levis rub.* vid. *Ribes, Uvæ Johannis*. Germ. Johannis-Dräublein / oder Beer.
- Cedrelæum* est Oleum Cedri. Germ. Citronen Holz-Öl.
- Cedridos* dicitur Semen arboris Cedri; tussim sedat, spasmata prohibet, rheuma stringit, stranguriis medetur. Antidotis necessariè miscetur.
- Cedromela, Mala citria* seu *Mala medica*. Germ. Citronen-Aepfel. Est fructus arboris exoticæ per totum annum virentis, fructum quæ tenellum cum maturecente simul ferentis. Seruntur tanquam exotica in hortis nostris, & advehuntur ex Gallia, Hispania & Italia &c.
- Cedrus* Germ. ein Cedernbaum. Crescit in iisdem locis.
- Cedue* idem quod Aér. Δ Germ. Lufst.
- Ceebron, Ceebron* i.e. *Felix*. Germ. Wenden.
- Ceiria* sunt Lumbrici lati. vid. *Helminthes*. Germ. Wurm.
- Celea* est Potio ex succo tritici inebrians vid. *Oribasius*.
- Celopa, Chelopa, Gelappa*. vid. *Rad. Jalappæ*. Germ. frembd Purgier-Wurzel.
- Cementare, stratificare*, est alternas res quasdam ponere. Sign. Δ , Ξ , Ξ , Ψ . Ξ .
- Cementatio* est gradatio per cementum vid. Cæmentatio.
- Cementum* autem est materia mineralis acuta & penetrans, cum qua strata metalla ad cementandum reverberantur. Et vel simplex est, vel mixta: & forma pulveris, vel pastæ.
- Cenchrias* est nomen Serpentis. vid. *Lex. Brun.*
- Cenifatum*, i.e. *Calcinatum*. Germ. was calcinirt ist.
- Ceniotemium*, est Remedium purgans in morbo Gallico. Paracelsus Lib. 2. de vita longa. Cap. 12.
- Centanudra*, sunt Semina Caricarum. Germ. Feigen-Saamen.
- Centaurium majus* vid. Radices Rhapontici vulgaris.
- Centaurium minerale* est Δ Ξ nii, à Cardilucio ita nominatum
- Centaurium Iootaurium* & *Ctaurium minus* vid. *Herb. Cent. min.* Germ. Zau-sendgulden-Kraut.
- Centauroides, sanda Caballina, Limnesium, Gratia Dei*, vid. *Gratiola*.
- Centi & Centum nodia* vid. *Polygonum*. Germ. Wegbreit..
- Centrium* est Emplastrum quoddam. Germ. Stich-Pflaster.
- Centrum Creaturarum omnium*, *Centrum mundi* & *Centrum omnium rerum*, est Homo. Germ. der Mensch. vid. Homo.
- Centrum Galli* est *Matrisalvia*, seu *Horminum*. Germ. Scharlach-Kraut. vid. *Herbas*.
- Centrum ovi* est vitellum ovi. Germ. das gelbe vom En.
- Centrum terræ* dicitur Spagyricis locus vacuus, ubi nihil quiescere potest. Leschus de Lap. Philos. tract. 2.
- Centum Capita, Aster Atticus*, vid. Radices Eryngii. Germ. Mannstreu-Wurzel.
- Centum cellis*, Thermae quondam celebres in Tuscia Italæ. vid. Joh. Rhod. ad Scrib.
- Centum morbia* vid. *Numularia*. Germ. Pfennings-Kraut.
- Centum nodia* vid. *Polygonum*. Germ. Wegbreit.
- Centunculus Plinii*, *Viola mortuorum*, est *Vinca pervinca*. Germ. Sinngrün Cepa vid. *Herb.*

Cepa marina, } Germ. Meer : Zwiebel / vide Radices Scyllæ.
Cepa porci, }
Cephal, i. e. *Sambucus*, Germ. Hollunder : Staude.
Cephalartica, sunt Medicamenta quæ Caput purgant, hinc dicuntur Caput-purgia. Germ. Haupt : reinigende Arznen.
Cephalica, sunt Medicamenta spirituosa & volatilia, ad Capitis mala pertinentia; ut sunt Spiritus *ci. — C. Cervi, Castoreum &c. Germ. Haupt : Arznenen.
Cephalicon, est quædam Confectione sic vocata.
Cephaloides, significat Capitis formam habens, ut Papaver, Paeonia & alias Herbæ. &c.
Cephalotos, id est Capitatus quod formam rotundam Capitis similem habet; ut Brassica capitata &c.
Cepini; est Acetum. + Germ. Essig.
Cepustor, i. e. Ceterach, Germ. Milz : Kraut.
Cera alba; ex Cera citrina per apricationem & irrigationem candefacta est. Germ. Weiss Wachs / apportatur Venetiana & alia.
Cera Arborea, præparatur pro cujuslibet lubitu ex Cera, Butyro, Oléo, Sevo Hircino, Resina & Terebinthina &c.
Cera Catholica Burrbi, præparatur ex XII. Ingredientibus, vid. Ettmüll. fol. 405; in Commentar. in Schroeder. & Morell.
Cera Citrina, Germ. Gelb Wachs. à melle Apum relictis favis, vi Δnis s. a. paratur Sig. ☩, ☦, ☧, ☨, ☩, ☪, ☫, ☬, ☭, ☮ A melle virgineo relictis præparatur *Virginea*, G Jungfern Wachs / Sign. ☩.
Cera Montana, Germ. Berg Wachs / est Bitumen seu Asphaltum.
Cera satra, est Cera virginea, vide Cera citrina.
Cera sigillata Hispanica nigra, præparatur ex Lacca & Styrace &c. & colore nigro tingitur, cuius præparatio varia est.
Cera sigillata Hispanica rubra, præparatur ex Lacca, Styrace, & aliis odoriferis, & cinnabrio præparato tingitur, cuius præparatio varia est. Germ. Roth Spanisch Siegel Wachs.
Cera sigillatarubra, præparatur ex Cera, Resina, Sevo hircino & Terebinthina &c. & tingitur Cinnabrio præparato. Germ. Roth Siegel Wachs.
Cera sigillata viridis, eodem modo præparatur, & tingitur Ore ♂ sato. Germ. Grün Siegelwachs.
Cera virginea, Germ. Jungfern Wachs / Vide Cera citrina, Stopff Wachs / Bienharts Vorstoß / Propago, Cera Virginea.
Cerago, est Alimentum, quo Apes mellificantes vescuntur. Arist. L. 9. H.A. cap. 40. & Aldrov
Ceraitis, Egoceros, Bucerus, Telis, id est Fœnum græcum, vid. Sem. Fœnu græci.
Ceramice, Ceramitis, significat Argillam & terram figulinam.
Ceramium, Ceramnum, est nomen Mensuræ liquidæ, quæ Latinis Amphora dicitur, vel Codus, continens in Italia Choas 8. Notabatur olim Galen. L. de pond. & mens.
Ceramos, est Fictile seu Tegula.
Cerare, est incorporare seu miscere.
Ceras, vide Cornu, Germ. Einhorn.
Cerasa acida, Germ. Sauere Kirschen/ quæ Saccharo conduntur, & ex eorum succo Syrupus præparatur.
Cerasa adia, Germ. Schwarze Wald Kirschen / crescunt in Sylvis.
Cerasa dulcia nigra, Germ. Süsse schwarze Kirschen / ex quibus optimè confituis △ & — destillantur;

- Cerasa Judeorum & Cerasa terræ, Bacca solatri rubei, Bacca vesicariae.** Germ. **Juden-Kirschen.** vid. Semen Alkekengi.
- Cerasiatum** est nomen Medicamenti purgantis, ex succo cerasorum & pomorum dulcium purgato, cum Essentia mercuriata paratum. Videatur *Libavius*.
- Cerasma**, Vinum aqua mixtum, significat ∇æ mixturam, qua aquæ frigiditas frangitur.
- Cerasphorus**, id est Cornutus, vide *Corniger*. *Lex. Brun.*
- Cerasorum Gummi**, Germ. **Kirschen-Gummi** / colligitur ab Cerasorum arboribus, & à quibusdam Gummi Arabico intermisetur.
- Cerasorum nuclei**, Germ. **Kirschen-Kern** / vide Sem. Cerasorum.
- Cerastes**, nomen est Serpentis vel Viperæ, Vid. *Lex. Brun.*
- Cerationis vox**, denotat actum, quo aliquid Cerâ involvimus. Chimici utuntur hâc voce de magisterio Lapidis. *Libav. L. 2. epist. chim. 69. Geber* hanc 1. summiæ perfectionis, cap. 54. definit esse mollificationem rei duræ, vel succi non fusibilis ad liquefactionem. vid. *Mart. Rul. fol. 137.* species quoquè est fusionis vel colliquationis.
- Ceratites**, est Unicornu fossile. vid. *Monoceros*, Germ. **Einhorn**.
- Ceratium, & Ceration**, 1. denotat Siliquam, fructum arboris ejusdem nominis, quæ & Ceratonia dicitur &c. 2. est nomen Ponderis antiqui minoris, continens grana quatuor, dicitur & Karat.
- Ceratomalagma**, est compositio emolliens ex Cera aliisq; paratum. Germ. **Ein erweichende Wachs Salbe**.
- Ceratonia**, est Arbor Xilocaracte. *Galenus lib. 6. simp. phar.*
- Ceratum vel Cerotum & Cerotarium**, à cera sic dictum, [Medicamentum est externum, ex cera, oleis & nonnunquam fibris compositum], unguento crassius, & emplastro mollius. Germ. **Ein Cerat-Pflaster**.
- Ceraunia**, est Arbor siliquarum. *Plinius*.
- Ceraunochryson & Ceraunochrysos**, est Aurum fulminans vel sclopetans.
- Cerbaren**, i.e. Galanga, Germ. **Galgandt**.
- Cerberus chimicus**, est Nitrum ☽ Germ. **Salpeter**.
- Cerberus triplex**, vocatur quoque ☽ Comitis de Warvvich, seu **Cornachinus**.
- Cerdac**, est Mercurius. ☽ *Mar. Rul.* Germ. **Quecksilber**.
- Cerealis**, Semina quædam, inter frumentacea gustamenta referenda, ut sunt Avena, Cicera, Cicercula, Faba, Fœnum græcum, Lens, Lupinum, Panicum &c.
- Cerebrum, Aqua apud Spagyricos** est. Germ. **Wasser**.
- cerebrum Arietis**, est ∇ Albuminis ovi.
- Cerebrum Bovis**, id est Tartarus combustus.
- Cerebrum** dicitur quoque Luna microcosmica.
- Cerebrum** vocatur etiam Lapis Philosophorum *Th. Chym.*
- Cerefactio**, dicitur Operatio spagyrica, quæ fit dissolutione & congelatione, in allegoriis sapient. distinet. 1. in *Th. Chym.*
- Cerefolum**, Germ. **Rörfel** / vid. *Herbas & Semina*.
- Cerefolum columbinum & felinum**, *Capnos & Fumaria*, Germ. **Erdraunch** / vid. *Herbas*.
- Cerelæum**, est Linimentum ex cera & oleo compositum.
- Cerevisia** est Potus nobis aliisque septentrionalibus populis notissimus, ex hordeo ut plurimum, ut & ex tritico, rariùs (qui etiam nocentior) ex avena, aliòve frumenti genere paratus, decoctus cum Aqua & Lupulo conditus. Cujus præparandi modus apud *Maltum & Brasium* prolixius videndus.
- Cerevisia Butleri** præparatur cum H. incisis Absinthii Rom. agrymon. Betonicæ, cochl. salviæ, Rad. enulæ, raphani rust. &c.

Cerevis.

Cerevisia medicata, est *Cerevisia* cui medicamenta, cui libet morborum scopo convenientia, infusa fuerunt. Germ. *Arznen*: *Bier*.

Cerion, propriè significat opus illud Apum artificiosissimum, cellulis angulosis succō melleō plenis, distinctum & exornatum, de quo videatur *Aldrov.* lib. i. de *Insectis*.

Cerno, video, significat quoque cribro tracicere & cibrare. Germ. *Sieben* / *pūlvern* / *durchschlagen*.

Cerober, est *Aqua* ▽. Germ. *Wasser*.

Ceroneum dictum est à *Cera*, quam recipit, vel exinde, quod ut *Cera* ductile sit.

Ceroma, significat Unguentum ex cera & oleo factum, quo inungebantur palæstritæ, vid. *Ceratum*.

Ceropissos, Medicamentum ex cera & pice constans, aut nomen Emplastri vel *Cerati* ex cera & pice confecti, &c.

Cerotum, idem est quod *Ceratum*, Germ. *Ein Cerat-Pflaster*.

Cervi cornu, Germ. *Hirsch-Horn* / sunt excrementa capitis, seu eminentiæ instar ossium duræ & siccæ binæ, animalis vivacissimi (ad annos 100.) cornua quotannis mense Aprili deponentis, mense Augusto & Septemb. coit, octavō mense parit. &c. apud Auth. legenda.

Cervi cornu scobs, seu *rasura*, vid. *Rasura C.C.* Germ. *Geraspest Hirschhorn*.

Cervi sevum, vid. *Sevum cervinum*, Germ. *Hirschen-Inschicht*.

Cerviculae Spiritus est *—* Ossis de corde cervi.

Cerussa anglica, Germ. *Schiffer* : *weiß*:

Cerussa seu *Cerussa*, *psymmitbium*, *psincus* & *psinfus*, *plumbum album* & *plumbago*. Germ. *Weiß Bleiweiß* / \ddagger ut ferrum ferruginem, æs æruginem, sic *plumbum plumbaginem* quandam eructat, quam alii *Cerussam*, alii *plumbi florem* nominant. Licet autem *Cerussa* \ddagger beneficio erumpat (per calcinationem vaporosam in calcem purissimam) sicuti ærugo, non tamen ut ea viridis est, sed albissima; unde *album plumbum* vocatur. &c. vocatur etiam *Ærugo plumbi*; *Aboit*, *Abit*, *Alkarat*, *Almachabat*, *Alfiden*. Optima est Venetiana. Ger. *Venedisch Bleiweiß*. Sign: \ddagger , *H*, *C*, *L*, \ddagger , *A*, \ddagger , *O*, \ddagger , *C*, \ddagger , *L*.

Cerussa Antimonii, fit ex Regulo Antimonii cum triplo *tri* commixto & detonato, postmodum cum ▽ dulci edulcorando & exsiccando, aliquando super illo \ddagger re *V* accenditur.

Cerussa Martis, fit ex Regulo Martis superiori modō.

Cerussa nigra, Germ. *Schwarz Bleiweiß* / quæ in Anglia præparatur.

Cerussa Plumbi ærugo, est & *Plumbum album* *H*.

Ceruta est quoddam Unguentum, factum ex *Cera*, cum aliis rebus.

Cervus, Germ. *Ein Hirsch* / est Animal satis notum ac nobilissimum, quod pulchritudine, celeritate, dignitate & utilitate reliqua animalia ferè superat, animalque est vivacissimum (ad annos 100.) cornua quotannis mense Aprili deponit, mense Augusto & Septemb. coit, octavo mense parit, plura apud *Aldrov.* legenda sunt. *C. C. Galreda*, *Ossa de corde*, *Priapus*, *Sevum* &c. vid. suō locō.

Cervus volans, dicitur *Scarabæus cornutus*, vel *Contharus*.

Cestron, *Cestronales*, est *Betonica*, quam Romani *Vestonicam* dicunt, Germ. *Betonien*.

Cete & *Cetum*, vel sumitur latè pro omni pisce Cetaceo, hoc est grandiore, vel strictè aliquando pro Balæna. Germ. *Ein Wallfisch* / vid. *Aldrov.*

Ceterach, vid. *Scolopendrium verum*, Germ. *Miltz-Kraut*.

Ceti axungia est pinguedo Balænæ, Germ. *Wallfisch*: *Schmalz*: *Scabiei medetur*.

- Chamæmyrtus, Hieromyrtus, Genitura Herculis.* vid. Rad. Brusci. Germ. Brüsken
oder Rüsken. Wurzel.
- Chamepythis, Abiga, Ajuga, Jva arthetica & arthritica.* Germ. Edtpin. vid. Herb.
- Chamomilla Canina, Chamæmelon fœtidum, Cotula fœtida.* Germ. Krotten. Dill
oder stinkende Chamillen.
- Chamomilla Romana & vulgaris* vid. Flores Chamomillæ.
- Chanchedest* est Chalybs ♂. Germ. Stahl.
- Chaomantia* est Aëromantia i.e. Ars, quâ præsagium sumitur ab Aëre.
- Chaos* vid. Cahos, est Elementum Δris, vel Ideus.
- Charabe* vid. Succinum, Carabe & Karabe. Germ. Augstein.
- Charatter*, est Signum figuratum & mysticum, quo apud Chymicos aliquid
designatur. Germ. ein Zeichen. vid. Lind. Lex. Brun. & alii Authores.
- Charatim* est Granum parvum simile Cardamomo.
- Chardel* idem est ac Sinapi, cuius duplex est species; una, cuius semina ex-
teriorius sunt subnigra, interius vero alba; alia, cuius semina interius &
exterius sunt alba. Prima species est acutior secundâ. Germ. Senff.
- Charme* vel *Charmis* est nomen cuiusdam Antidotis veteris, cuius descriptio
carminicè legitur apud Gal. L.2.
- Charta hodierna* ex Linteis conficitur, ut omnibus notissimum. Olim ex plan-
ta quadam Papyrus dicta, arundinibus cognata, parabatur. Teste
Dioscoride.
- Cheiri, Cheyri, Keiri,* significat Levcojum luteum vel Violam luteam. vid
Flores Cheyri.
- Cheiri* apud Chymicos ♂ tum vivum denotat, Cheiri flos ex ♂ to album E-
lixir significat, vel ejus Quintam essentiam, ut flos anthos, auri rubrum
elixir. Alii ♂rum potabile esse volunt &c. vid. Lex. Brun.
- Cheturomadron, Mantile* sive *Linteum* ad manus abstergendas, incombustibile
est, an ex Salamandra? an vero ex Lapide Asbesto vel Amianto paratum
sit, nec ne? vid. Lang. Lib. I. epist. 66.
- Chelæ* sunt brachia Astacorum seu Cancrorum. Germ. Krebs-Scheeren.
- Chelapa* vid. Radices Jalappæ. Germ. frembde Purgier. Wurzel.
- Chelidon* Hirundinem significat. Lex. Brun.
- Chelidonia* apud Chymicos Aurum significat.
- Chelidonia major* & *Chelidonium majus*. Germ. Schellkraut.
- Chelidonia minor* & *Chelidonium minus*. Germ. Fengivärzen-Kraut. vid. Herb.
- Chelidonius Lapis* vid. Lapis Chelidonius.
- Chelonia* est Lapis similis oculo viperinæ Indicæ.
- Chelonites* vid. Bufonites. Germ. Grottenstein.
- Chelonium, panis Alcurit, Testudinaria, Tryphalita, Hartbanita.* vid. Rad. Cycla-
minis. Germ. Seu-Brod.
- Chemia, Chimia, Chymia & Alchymia.* vid. Chymia.
- Chenocoprus* est stercus Anserinum, quod mense Martiō colligendum. Lex. Brun.
- Cheon* est Nix. Germ. Schnee.
- Cherio, Cherionius* est Calor aut Frigiditas earum rerum, quæ corpus relin-
quit & in naturam abit. Exemplum de Camphora. Hæc frigiditatem ex
Cherione suo habet. vid. Lex. Brun.
- Chermes* seu *Kermes*, est nomen Fructus notissimum cocci insectorum vel gra-
ni tinctorii vulgo scarlati, unde famosissima confectio Alkermes Mon-
speliensium paratur. vid. Kermes. Schröd. L. 4. Sect. I. & Frid. Hoffm.
in Clav.
- Chersa* seu *Gersa* vid. Fæcula, fæcis species.
- Chersydrus* est nomen Serpentis amphibii.
- Cherva* est Cataputia. Germ. Spring-Körner.

Cheudanum

- Cheudanum* est succus niger, ex quo falsificatur Muscus; alii dicunt, quod sit Gummi glandium. Germ. *Enchel-Pech*.
- Chezeanance*, sic dici potest omne remedium, quod necessitatem cacandi affert. Aliás apud Æginetam L. 7. C. 9. est unguentum Æle & One paratum & quod rubescat, coctum, quō sedes perunguntur. Facile enim copiosa citra laborem subducitur. Aëtius quoque emplastrum hoc nomine exornavit, quod umbilico impositum, alvum movet. Gort. pag. 505.
- Chia terra*, dicitur gleba terræ, quæ ex Chio Insula provenit albicans & pol-lens vi adstringendi, purgandi, extenuandi. Pulcherimum est adver-sus ambusta remedium. Gal. L. 9. de S. F. §. Terra famia.
- Chiacum*, est Collyrium, cuius materia vino Chio, h. e. austero & ▽ Marinæ experie lævigatur & miscetur, quale proposuit P. Æginet. L. 7. C. 17.
- Chias*, i. e. Mastix.
- Chibane* est species Cardamomi subtilior.
- Chibur* est Terra, actione caloris excocta in essentiam ♪ ream.
- Chifir, Chifir*, teste Libavio, dicitur in præparatione Lapidis Philosophorum Lapis Animalis; quemadmodum mineralis vocatur *Chaos mineralis*. Johnsonus verò dicit, *Chifir mineralis* à nonnullis interpretari, quod sit aurum ☽. Verùm se judicare ex præcedentibus, quod sit ♪ metall.
- Chiliophyllos*, supercilium & *Lumbus ♀ ris*, herba militaris. vid. *Millefolium*. Germ. *Schaffgarben*.
- Chilum*, i. e. Succus Liquiritiae. Germ. *Süßholz-Safft*.
- Chilus*, i. e. Succus Diachilon.
- Chimia* est ars, corpora concreta solvendi, & soluta coagulandi, ut purum ab impuro separetur, & medicamenta salubria citæ, tutæ & jucundæ ope rationis concinnentur.
- Chimie origo* Deus est, ut omnis boni, ita etiam Chimiae Autor. Rofinc. Chym. fol. 7.
- Chimicus arcana divulgate non tenetur*. Rofinc. Chym. fol. 12.
- Chimolea Laxa*, dicitur significare pulverem, qui separatur de floribus salsa rum mineralium.
- Chimus*: Paracelsus hoc saltem dixit quod Chimus, Realgar, & aurum sint una minera, & tamen quodlibet eorum habeat diversam naturam & virtutem. *Chimus* quoque significat fæcem mineralem & mastam fæculentam.
- China, Chinna, Cina, Cinna* vid. *Cortices Chinæ Chinæ*.
- China Germanorum* apud Popium est Chelidonium majus.
- Chinarium* est Unguentum in Antidotario à Catulo Canis dictum *Kinarium*.
- Chinæ Radices* vid. *Radices Chinæ*. Germ. *Bocken-Wurzel*.
- Chindes* est Lapis liberans à venenis. Germ. *Giftstein*.
- Chion* vid. Nix. Germ. *Schnee* ☽ dicitur & Cheon.
- Chirates* est Pondus quatuor granorum hordei. Germ. *Vier Gersten-Körner schwär*.
- Chiroma*, i. e. Armoniacum non purum.
- Chironax* est ars vel Artificium manuarium.
- Chirotribia* est exercitatio in arte & usus medicus.
- Chium vinum* i. e. quod in Insula Chio colligitur, molle est, ut scribit Dioscorides L. 5. cap. 10. aptum potui, benè alit, & minus inebriat, fluxiones cohibet, oculorum medicamentis utile.
- Chloe*, herbam virentem notat. Viror aut viriditas pallescens quoque dicitur.
- Choa* vid. *Chais* est mensura Liquidorum apud Atticos v. Gal.
- Choa* i. e. Malum Granatum. Germ. *Granat-Äpfel*.

Choacum

Choacum, legitur quoque *Coacum*, est nomen Emplastris, quod à *Celso* L. 5. Cap. 19. describitur.

Choana, infundibulum, item *fundo* aut *liquefacio*, *Vas* quoque dicitur ex argilla, quo Argentarii utuntur & Chymici, infundendis ac liquefacientis Metallis. *Lexic. Brun.*

Chocolata, *Chocolate* & *Succolata*, est Massa quædam solida, exotica, vel in Placentas vel Cylindros seu in tabulas quadratas formata, saturatè rubra, friabilis, sine odore, similis ferè Sanguini Draconis nigricanti, cuius Basis potissima est fructus Cacao dictus, *Avellana Mexicana* &c. de hac Confectione habetur integer libellus *Ant. Colimeineri de Ledesma*, latinè redditus à *M. Aurel. Severin.* & curâ *D. I. G. Volcameri* edit. quoque Bontekoe illam describit. Aliás ex America & Hispania adfertur. Germ. *Chocolata* / præparatur cum ∇ a cocta, vellæte, atque agitando *Chocolata* liquefit, & sorbendô calide bibitur.

Chœnix, est Mensura Atticorum arida, continens Cotylas tres, sive Sextarium unum & dimidium, sive duas Libras mensurales cum quadrante. Signum fuit X. *Gal.* de pond. & mens. *Gorr.*

Choeros, est Porcus, Germ. *Ein Schwein*. *Lexic. Brun.*

Cholagoga, sunt Medicamenta, quæ dicuntur sulphureos & biliōsos Humores evacuare, ut Rhabarbarum, Senna, &c. vide porro supra *Cathartica*.

Cholagogum insuffcatum, vide *Scammonium rosatum*.

Cholagogus, dicitur de Medicamentis, quæ Bilem evanuant.

Cholagogum simplex, est Diagrydium \ddagger ratum.

Cholegon, idem quod *Cholagogum*.

Cholobaphinon, est epitheton Æris, Auri colorem mentientis. Dicitur *Æscoriarium*, *Libav.* Synt. arcan. Chym. L. 6. c. 6.

Chondrilla altera Dod. est Taraxacum, vid. Herbas.

Chorosus, est nomen cujusdam Lapidis.

Chos alkaliip, i.e. Testiculi Vulpis, Germ. *Fuchs = Hoden*.

Christianus, est Saccharum finissimum cum ∇ Rosarum solutum, ad consistentiā debitam coctum, & in Rotulas fusum, additis Margaritis præparatis, vel omillis, pro lubitu vid. Manus Xsti.

Christi pabulum, id est \square na virginis.

Christos, ungo, significat id, quod ungendo applicatur.

Christus sive *Christamus*, *Crethanus* & *Crethmus*, *Creta marina Officinarum*, est Feniculum marinum. Germ. *Meer Fenchel*.

Chrisitis litos, vocatur aureus Lapis; aliquando etiam Lithargyrium.

Chrisma, i.e. Unguentum, Germ. *Eine Salbe*.

Chroma, id est, Color. Germ. *Farbe*.

Chronos, significat Tempus.

Chrysammos, hoc est \odot rea arena, quam *Gal.* Terram vocavit, in qua portiunculæ aut frustula quædam \odot ri parva reperiuntur. *Lex. Brun.*

Chrysanthemon seu *Chrysanthemum* vid. flor. Calendulæ.

Chrysé est nomen Emplastris cruentis vulneribus accommodati ex Thure, Alumine scissili, Colophon. Resina, \ddagger , \circ \circ & Oxelæo parati, apud *Aginet.* L. 7. c. 17.

Chrysite, est Terra \odot rea, in qua parvis Terræ partibus immistæ sunt parvæ \odot ri partes *Johnson.* pag. 63.

Chrysites, est Gemma preciosa, apud *Plin.* Lib. 37. cap. 10.

Chrysites, est Squama \odot ri vel \odot rum: qui provenit ex Plumbo probato & liquefacto. *Johnson.* pag. 63.

Chrysitis, idem quod *Chrysammos*, *Chrysitis*, dicitur etiam Lithargyrium auri, *Dioscorid.* L. 5 cap. c. 102.

Chrysobalanus, *Glans aurea*, quid propriè denotet, non constat. *Baubinus* tamen in Pinace existimat ex mente aliorum, Nucem Moschatam esse intelligendam. Occurrit apud *Galen.* L. 8. de C. M. S. L. cap. 3.

Chrysobrillus, *Berillus aureus*, Germ. Gold: Berill.

Chrysoceraunius ♀, est Aurum fulminans, quod præparatur ex Oro soluto, in menstruo *co præparato vel imprægnato; infuso ♀ Fri, ♂ ad fundum statur, quæ edulcoratur, & ad usum exsiccatur. Germ. Doner: Goldt.

Chrysocalcos, idem quod Aurichalcum. ♀ Getm. Messing.

Chrysocomē, est Stœchas Citrina, vid. Flor. Stœchadis Citr. G. Rheyne: Blumen.

Chrysocolla, *Auriglutinum*, *Chrysocolla Metallica* & *fætitia*, seu *Gluten Ori*, est Terra latè viridis & minera ♀ris, salinæ, nitrosæ & fusoriæ naturæ, Germ. Stein: Grün. Duplex est, nativa & fætitia, inter nativas Armeniaca primas, secundas Macedonica, tertias Cypria tenet. Quamvis in Germania sint excellentes, in Silezia nec non & in Hungaria, alibique. Est Borax nativus. Et posset dici *Chrysocolla viride scisfile*, sicut ærugo *Æris rasile viride* dicitur. Estque quasi species ♂tri. Plin. *Fætitia*, seu *artificialis*, conficitur ex Nativa & Urina puerorum, vel ex Nitro & Urina Infantum, & Tincar seu Borax dicitur, vide Borax. Sic cognata sunt hæc Metalla, ærugo *Æris* nativa, quæ dicitur viride *Æris rasile*, & Chrysocolla quæ dicitur viride *Æris rasile*. Nominatur *Azot*, *Rebis*, ▽♀ris, Vinum anineum, flos &c. Mar. Rul. enumerat 6. Species *Chrysocollæ*, pag. 148.

Chrysogonia, est Semen aurificum ex Oro prius soluto, perfectissime concoctum, seu Tinctura aurifica rubri coloris, admirabili tenuitate substantiae prædicta, cui à natura vis illa aurifica inest, quemadmodum in Argyrogonia vis ♂tifica &c. Gaston Clavey Apolog. &c.

Chrysogonium *Dioscorid. septem folium*, vid. Rad. Tormentillæ, Germ. Bluth: Wurzel.

Chrysolactrum, est Charabe seu Succinum, Germ. Augstein, vid. Succina.

Chrysolithus, vide Lapis Chrysolithus. Goldstein.

Chrysolithos, (veterum) vel *Topasius*, (Gemmiorum modernorum) est Gemma aurei coloris. Duo habentur genera, Orientale & Europæum, ut illud colore, ita duritie Europæum superat: hoc enim instar Crystalli molle est & cum aureo colore vel multum vel parum nigricat. Inveniuntur in Bohemia passim. Germ. Chrysolith.

Chrysopœia, est Ars Spagyrica seu Chymia, quæ monstrat Artificium ex Metallis imperfectioribus, Aurum verum conficiendi, beneficio ♀rii Philosophorum &c.

Chrysoprasius, Germ. Goldprasius / vid. Lap. Chrysolithus.

Chrysol, Vel *Chryston*, id est Aurum ♂. Germ. Gold.

Chrysotrichon, *Capillaris Orea*, *Polytrichum Oream*, *Barba Herculis*, *Adianthum Oream*. Germ. Guldene Wiederthon / vid. Herbas.

Chrysulea, est ▽ stygia quæ Regia dicitur, solvendo Auro destinata. Rofsinck. Helm. ac Dispens. &c.

Chrysun, est nomen Collyrii apud Aëtium, Libro 7. ad incipientes suffusiones efficacis, vel Pessi valentis ad inflammations uteri apud eundem L. 16. c. 83. vid. Gorreus p. 515.

Chus, Choa, Congius, est Mensura liquidorum apud Atticos, capiens sextarios sex, vel Cotylas atticas duodecim. Aut habet Olei libras novem, Vini decem, Mellis tredecim cum dimidia, Gal. de pond. & mens. Linden. Vini saltem tribuit Libras octo cum Unciis quatuor. Rhodius ad Scribonem Larg. n. 268. Congium denas libras pendere scripsit, quod insculpta decussis manifestat.

Chocolata, vide Chocolata, Germ. Schocolata.

Chibur, Chibur & Cibur, est Sulphur, Germ. Schwefel.

Chylisma, significat Succum expressum, *Dioscorid. l. 3. c. 115. Rofsinck.* Extra etis hoc nomen applicare non dubitavit. Vnde Extract quoddam vocavit

Chylisma Catholicum & Cholagogum, Chym. L. 4. sect. 3. cap. 12.

Chymici,

Chymia, Alchymia, Chemia & Chimia, seu *Ars spagyrica*, non meretur adscribi scientiis sed Artibus, nec tamen est peculiaris Ars, distincta à Pharmaceutica medicinæ parte, sed est pars medicinæ.

Chymia, sumitur pro Arte transmutandi metalla imperfectiora in perfectiora, & tum, cujus duæ sunt partes: Argyropœia & Chrysopœia, de quibus vide supra suō locō. **Chymia**, est quasi simia naturæ, & nobis demonstrat, quæ natura facit in suis criptis subterraneis, adeò ut, quæ sit Metallorum utilitas, facile possit ex Chymia cognosci. Verum res tota consistit in præparatione eorum Chymicâ legitimâ, in qua operatione etiam venena crudelissima, abeunt in medicamenta saluberrima, alexipharmacæ & sudorifera, uti videre est in dñio &c.

Chymia vocatur quoq; *Ars Destillatoria, Ars Hermetica, Ars perfecti Magisterii, Ars segregativa, Ars separatoria, Ars spagyrica*, &c. plura legenda sunt apud Paracelsum, Schröd. & alios.

Chymica seu *Chymicalia*, sunt Medicamenta, quæ Chymici præparant, ut gratiori & minori quantitate ab ægris assumantur. *Lexic. Blanc.*

Chymicus est artis Chymicæ seu Spagyricæ peritus, sive *Chymicus*, est Artis dissolendi & vicissim coagulandi peritus.

Chymolea, vide Kymolea & Khymolea.

Chymus est Fæx & Massa.

Chysis, vide Fusio, Germ. Schmelzung.

Chyton, dicitur Inunctio quæ cum multa ▽ a & Oleo fit.

Chytra, id est, Olla, Vas fictile, in quo aliquid coquitur.

Cianeus, scil. color, est medius inter viridem & nigrum, vid. *Alex. Theophilus.*

Cianum, in Metallis invenitur, in quibus Æs conflatur. *Galenus.*

Ciatus, est nomen Ponderis mensurans 3 XV. vid. *Serapion.*

Cibariaticon, est Potus qui loco Vini fit ex Cerevisia & Mulso, & est quasi Cibus & Potus simul.

Cibatio est Corporatio, & vocatur Nutritio materie sicca.

Cicerbita, *Laticolla*, vid. Sonchus, Germ. Sonchen: Kraut oder Hasen: Köhl.

Ciceres rubri, vide Semen Cicerum. Germ. Eicer - Erbsen.

Cichoreum Constantinopolitanum, est Taraxacum.

Cicindula, vid. Nitedula, seu Lampyris vel Nocti.

Cicinum Oleum, est Rhaponticum.

Cicleus, est quoddam Vinum factitium, quo utuntur Parthi. *Plin.*

Cicongius, est Mensura duodecim sextarios continens.

Ciconia, Germ. Ein Storch / Avis est vernalis notissima, quæ serpentibus pullos nutrit. Vim habens Alexipharmacam. Ex pullo integro deplumato & exenterato, admixtis alijs antiepilepticis, destillatur ▽. Germ. Storchen: Wasser.

Ciconium, Conium, Dolia, Catechomeum, Amaurosis, est Cicuta seu Cicutaria, Germ. Scherling/ Wüterich/ Dollkraut, vid. Herbas.

Cicorea, est Mira Olis.

Cicuta, Germ. Scherling. vide Herbas.

Cidubrium, i. e. Fermentum, Germ. Sauerteig.

Cimentatio, idem quod Cæmentatio, vide supra.

Cimolia Terra, est Terra modicè pinguis, & ▽ saponaria alba rara, mollis, alba seu candida, aut in candido purpurea. Germ. Weisse Senffen: Erde / oder Bachs: Erde. Habet vim mistam refrigerandi, siccandi & modicè digerendi, Gal. l. 9 de simpl. fac. §. ▽ rafamia. dicitur & *Cimolia creta*.

Cinabaris, vide Cinnabaris, §. Germ. Zinnober.

Cinamomum album, vide Costus. Germ. Weisse Zimmet.

Cinamomum Arabicum, vide Costus seu radices Costi.

Cinamomum & Cinnamomum vel Cinnamum, seu Canella. Germ. *Canel/ Zimmet/ oder Zimmet Rinden* / est Cortex interior Arboris, altitudine Citri aut malii Aurantii, vel Oleæ, aliquando Tiliæ & Cerasi, crescentis in Zeilon. Ex India Orientali advehitur: Exoticum & nunc notissimum & preciosum. Eximia Virtus in Cortice est, odore fragrantissimo, saporis subacris & subastringentis. Radix suppeditat Camphoram, & dat per destillationem suave olens & Camphoram imitans, uti etiam cum oleo isto Camphora elegans destillatur. Lignum roseum spirat odorem; folia juniperum, Iquidam dicunt Caryophyllos olent, & in substantia exsiccata apud Experientissimum Pharmacopœum Francofurensem *On. Job. Rudolphum Henrici* videnda sunt. Fructus verò, qui sunt instar Baccarum Lauri, cocti & expressi, ceram & adipem dant, & dant per Destillationem, quod Caryophyllorum imitatur. In destillatione hujus, remanet in vesica superius residui substantia pinguedinosa duriuscula, ferè instar Corporis Balsamorum ex Oleo Nucistæ facti. Flores habet albos recentes qui odorem & saporem habent Florum Tiliæ. Colitur in Zeilan Maximum est Aroma, & in Medicina quoque maximi usus. Plura apud Scriptores legenda sunt.

Cinamomi, seu *Cinnamomi fragmenta seu Scavazonum Materialistarum*, Germ. Stoff Zimmet / oder Zimmet: Stücker.

Cincinnalis, *Sagminalis & Sanguinalis herba*, est Verbena, Germ. Eisenkraut/ vid. Herbas.

Cinefactio, idem quod *Cineratio vel Incineratio aut Calcinatio*, est operatio, quâ fiunt Cineres. Estque duplex aperta & occlusa.

Cineratio, idem quod *Cinefactio vel Calcinatio*, Cineratio, quæ fit in opere Lap. Philosophorum. Vide *Incineratio*.

Cinereus, *Cineraceus*, de colore dicitur cineri simili, estque postremus Color in negotio Lapidis Philosophorum, Teste *Logn. Harm. Chym.* cap. 8. Vol. IV. Th. ch. p 765. specialiter est nomen Collyrii &c,

Cineris vena, Germ. Asche.

Cineritium, *Ciniritium*, est Cementum Ori vel Dti, à nonnullis regale vocatur. Item significat & *vas Aurifabri*, in quo Orum & Dutum calcinantur.

Cinerula, vide Spodium Græcorum seu Metallicum.

Cinificatum, idem quod *Calcinatum*.

Ciniflones, est epitheton Pseudo-Chymicorum vel Chymicastrorum, qui neque Gas neque Blas habent artis &c.

Cinis, (quamvis hoc ad Metallicos cineres restringi soleat, vide *Spodium*) sic appellantur non solum lignorum ustorum, sed & omnium aliarum rerum reliquæ &c. Sign. C, O, E, A, C, §, H, :::, Y, ♫, ♪, ━, ━.

Cinis Cineris, est coagulatum coagulans.

Cinis clavellatus, alias dicitur, qui ex fœcibus vini post Vini destillationem relictis, per combustionem & elixivationem fit, quamvis & sub hoc nomine alia salia Alkalia etiam ex Isatide, Ligno quercino &c. subintelligantur Schröd. L. 4. cl. 2. n. 412. *Cinis clavellatus*, id est Θ Alkali. ♪, ♪, VZ. vid. *Alum. Catinum*, seu *Sal Alkali*.

Cinis ex cinere, est Aqua extracta.

Cinis hederæ, est *Cinis clavellatus*.

Cinis isatidis, vid. *Cinis clavellatus*

Cinis plumbi, est Cerussa, Germ. Bleiweiß / Sign. ♪, O, D.

Cinis stanni, est Stanni usti recrementum, Germ. Zinn-Aschen. sign. ⌈

Cinis farmentitus, Germ. Reben- oder Wein-Reben Aschen.

Cinnabaris ☉ nii, conficitur post butyri ☉ nii destillationem Δ ni fortiori & quoque suppressionis (id est super :: am) horis aliquot datur. Quippe ☉ nii hâc ratione ☉ tæ collo adhaerescit, quam collectam, ḡne una ac altera purificare poteris. Germ. Spiegelglas: Zinnober.

Cinnabaris Dioscoridis, est Sanguis Draconis.

Cinnaba-

Cinnabaris factitia, & Minium artificiale, Germ. Zinnober/ oder Vermilion/ conficitur ex ♀ rio & ♀ re, ex quorum mixtione, Cinnabaris factitia natatur. vid. Schröd. & alios.

Cinnabaris Inaica, est *Sanguis Draconis*, vid. *Sang. Draconis*.

Cinnabaris nativa, seu metallica, seu fossilis, Ammion, & Miltos, vel Minium nativum, est Terra mineralis lapidescens, & Minium nativum, Germ. Berg-Blannober / constans ex ♀re & ♂rio vivo, exquisitè secum mixtis, in materia ⌈restri instar lapidis compactis & hospitantibus ; interdum purior, interdum impurior reperta. Interdum etiam Minera ⌈laris reperitur intermixta. Vide Schröd. Adfertur ex India Orientali, Ungaria, Germaniaque locis variis. Eligendaque gravida ♂rio & ♀re præstantioribus, adeoque Vngarica, utpote quæ ⌈ro aliquantum pollet. Sign. ⌈va.

Cinnabaris nomen, quidam Minio & rubricæ fabrili attribuunt.

Cinnabaris Philosophorum, Natur ex Sole & nii cum aqua mixto septies, vid.
in *Traict. Polem. German.* fol. 142.

Cinnabaris, Cinabaris seu Cinnabrium verum, veteres dixerunt Sanguinem Draconis & adhuc nomen retinet, Rulandus assentitur eis, qui Cinnabrium Succum seu Lachrymam alicujus arboris vel herbæ potius, esse volunt, quod ipse gustus & sapor indicat. Ferunt Arborem esse in Libya & finitimis regionibus proceram, ex qua ille Sanguis Draconis manat, videatur & Sanguis Draci seu Draconis. Platerius quoquè afferit Sanguinem Draconis esse Arboris aut Herbæ succum in India aut Persia.

Cinnabatrum, Terra quædam est, quæ solet à Pisis afferri.

Cinnamomum, vide *Cinamomum*. Germ. *Zimmet*.

Cinnas, est Miscela plurimarum rerum. In specie significat Potionis genus, ex multis liquoribus confectum:

Cinnation, est Elampum, quo tintores utuntur.

Cinnioglossus, *Cinnetus*, sunt termini à Paracelso facti, denotantes interitum, mortem, corruptionem totalem corporum mineralium, *Chirurg.* l. 5. c. 7. *Cinnus*, est Commixtio plurimorum & in specie Potionis genus, ex multis Li-

Cionavos, est Pix, quæ ex pinguioribus lignis Pini colligitur. Nos Picem nava-
larem dicere sufficiunt.

Cinco. Fis. medic. Germ. Tropenkrankh. und Elternsch.

Circea Flos amoris, Germ. *Läufenschön* / vid. *Fl. Amaranthi*.
Circea Fuchsi, est *Mandragola* seu *Mandragora*, Germ. *Ulraun*, vid. *Cort.* seu
Radiata Mandragora.

Succa: Monspeliensium vid Flor Caprifoliæ Carræ *Spaffilium*

Circinnis herba, Crinita herba, Capellaris herba, est Capillus Veneris, Germ.

Circulatio Chymica, est Liquoris puri per Circulationem, Destillationem in Pelicano, vel Alembico cæco, agente calore exaltatio. Germ. Chymische Umtreibung/ oder Vermischung. Estq; exaltatio Essentiarum per circularem in vase Hermetico, Pelicano vel Geranio, reductionem & ab impuritatibus separationem. Rolf. Chym. l. 2. cap. 2. Paracelsus dicit esse speciem putrefactionis l. 7 de transmutatione rerum natura.i.um. Quæ ita præparantur, appellantur circulata Paracelsica Archidox. l 6. 8. & 9. & libr. de renov. & restaur. Hinc legitur Circulatum majus & minus, Circulatum solvens apud Libavi. &c.

Circulator, est Laborator vel Chymiae expertus.

*Circulatorum, est Vas vitreum, ubi infusus Liquor ascendendo & descendendo,
quasi circulo rotatur. Varia hujus generis vasa, à variis ingenii sunt
excogitata, ex quorum genere duo præcipue sunt majoris mo-
menti & usus, ut Pelecanus aut Pelicanus & Diota. Germ. Chymisches Cir-
culir: Geschirr.*

- Circulus Chymicus**, est Instrumentum rotundum ferreum, vel vitris abscondentis ex ferro factum. Perfringuntur autem hoc modo. Circulus candefactus vitro opponitur, illudque tamdiu stringit, donec fervet & incalescat, cumque adhuc fervet, frigidâ guttâ immissâ, aut frigidi halitus affixus dissilit atque dirumpitur. Germ. Ein Abnehm Enzen.
- Circumforaneus**, interdum *Agyrta*, Germ. Ein Land-Laufer oder Landstreicher.
- Circumlitio**, denotat omne Medicamentum, quod circa partem aliquam affectam undiquaque illinitur.
- Cirices**, vocat *Oribasius Cochleas*; Quas *Paulus Siricas* nominat, nos vero Siliquas. Germ. Schotten.
- Cirinense**, *Cirinaicum*, à loco dicitur vel Regione; unde Gummi Cirinaicum, vel Opium Cirinaicum, item Gummi Lasar, quod est Asa fetida.
- Cirrhos**, est nomen Coloris, praesertim in Vino denotat fulvum, hoc est quod ex Δ neo & ruffo pallet.
- Cis**, Vermiculus est frumenta corrodens.
- Cisseris**, Atticè est Pumex. Germ. Bimbenstein.
- Cisfum**, nomen est Emplastri ad Nervorum Vulnera.
- Cisfrot**, i. e. Pumex Lapis, Germ. Binzenstein.
- Cisfum** & *Cissophyllum*, vid. Rad. Hirundinariae, Germ. Schwaben-Wurzel.
- Cissus**, *Cistus*, *Corymbosa comm. Lobelii*, est Hedera arborea seu assurgens, Germ. Ebhew. vid. Herbas.
- Cissibium**, Poculum dicebatur Græcorum ex ligno hederæ confectum &c. vid. Lex. Brun.
- Cist.** vel alias *Kist*, est Capacitas duarum Mensurarum Vini, vel sesequi Mensurae, juxta locorum diversitatem, circiter Libras quatuor continens.
- Cisterna**, est Vas seu receptaculum in quo pluvialis colligitur. Germ. Ein Eistern/oder Regensarcf.
- Cistos**, *Ciston*, vel *Cistereon*, est quædam species Hederæ, est & Rosa canina, vel Rosago.
- Citan**, *Ciran*, est Medicamen quoddam ad Splenem.
- Citrago**, *Citraria*, vide Melissa. Germ. Melissen.
- Citria mala** & *Citreæ mala*, seu *Citromala* & *Mala medica*, Germ. Citronen-Aepffel, vide Cedromela; Quædam sunt majora & nominantur Citronath-Aepffel. Harum Cortices advehuntur saccharo conditi cum & sine brodio, id est sicci conditi. Alia minora & vulgaria ut Limones etiam Citri fructus nominantur, Germ. Citronen/Limonen. Seruntur tanquam exotica in hortis nostris, & advehuntur ex Gallia & Italia, &c.
- Citrinatio** est Resuscitatio.
- Citrinula**, est Flammula, herba Paracelso multum familiaris, ut passim in suis scriptis reperitur.
- Citrinorum**, *Pharmacum ex Colcothare*, id est, Vitriolum calcinatum & in Alkali suum redactum. Germ. Vitriol-Salz. Comparatione factâ, ad Crystallum ob transparentiam ejusmodi salis pallidam, diaphano Cristallo persimilis.
- Citrinulus**, *Citrinolus*, *Citrinus*, est Lapis medius inter Crystallum & Berillum. Dicitur etiam *Saxifragus*. Citrinulus nominatur quoque *Crystallus pallidus*. Item nomen est Emplastri vulgaris notitiae in Officinis, vocatur Citrinum.
- Citroc**, i. e. Citrum. Germ. Citrone.
- Citrullus**, vid. Sem. *Citrulli*, Germ. Augurien/oder Citrullen-Kern oder Samen.
- Civetta**, seu *Catus Cibethinus*, vide Zibethum.
- Clacora Trigdana**, est quoddam genus Ostracorum marinorum magnorum. Germ. Grosse Meer-Ostrigen.
- Claretta**, significat albumen Ovorum, Germ. Eier-Weiß.
- Claretum**, est Vinum aromatum infusione imprægnatum, ac cum Saccharo edulcoratum. Dicitur alias *Vinum Hippocraticum*. Sic nominatur, quod per

per manicam *Hippocratis* colatur & purificatur. Germ. *Gewürz-Wein* / oder *Hippocras*. Etiam ad *Moretum* & *Mulsum*, sive *Hydromel*, exten-
dit. *Claretum* vel *Vinum artificiale* duplex esse potest: Alterans & pur-
gans, utraque exempla videnda apud *Schræderum*.

Clarificatio, est Modus, quo succi vel decocta crassa, clariora evadunt: fit
triplici modo, *Subfidentia*, *Fermentatione* vel *Additione* $\ddot{\text{A}}$ ti, *Albumi-*
nis ovi, aut *Lactis*, Germ. *Klar-* oder *Hentermachung*.

Clarum, præter illam significationem, de qua in *præced.* dictum est, denotat
id, quod fit ex *Crystallo* vid. *Mart. Rul.*

Classa, i. e. *Gummi juniperium*. Germ. *Wacholder*-*Hars*.

Claudiacon, est nomen *Collyrii*, quod describitur à *P. Aeginet.* L. 7. cap. 16.

Clavellata Herba, *Trinitatis Herba*, *Jacea*, vid. *Flores seu Herbas*.

Clavis Herculis & *Clavis Floris*, est *Nymphæa*, vid. *Flores Nymphææ*, Germ.
See-Blumen.

Clavis, inter Chymicos videatur *Nicolaus Flamella*, præsertim in negotio La-
pidis Philosophici. Unde & *Claves Philosophici* dicuntur, quarum duo-
decim Fatr. Basilius Valentini prostant. Et *Clavicula Reimundi Lulli*, cu-
jus mentionem fecit *Libav.* &c.

Clavis Sti. Petri, *Bracha Cuculi*, *Primi Floris Herba*, vid. *Flores Primulæ Veris*,
Germ. *Schlüssel*-*Blumen*.

Clavis Philosophorum, *Spir. Vini alcoholisotus*, vel *Quinta Vini Essentia* **VA**.

Cleidion, vel est epitheton *Pastilli magnoperè adstringentis*, & in *Dysenteria*,
Hæmophysi, *Cœliaca* &c. *utilis*, quales describuntur apud *Gal.* L. 9. de
C. M. P. L. Cap. 5. & *Aeginet.* L. 7. c. 12. vel nomen *Epithematis ejusdem*
cum pastillis facultatis, apud *Aëtium*, L. 9. &c. vid. *Clavicula*.

Clematis Daphnoides, vide *Vinca per Vinca*, Germ. *Sinngrün*.

Clematitis indica vide *Lignum colubrinum*, Germ. *Grieß*- oder *Schlängenholz*.

Clepsydrævel Clepsydra, nomen ad labores Chymicos translatum est subductio
Liquoris per Vasis solidi subtus perforati foramen, quod *Oculus* dici-
tur &c. vid. *Lex. Brun.*

Clibodium seu *Clyodium*, *Clybati*, seu *Clybatis Nicandri*, est *Parietaria*, Germ.
Glas-*Kraut* / vid. *Herbas*.

Climia, *Climia*, & *Cathimia Officinarum*, idem quod *Cadmia Libav.* *Climia*
ereps est *Cadmia* ~~o~~ti. *Mart. Rul.* & *Johns. Lex.*

Clion, i. e. *Pulegium*, Germ. *Polen*.

Clissus dicitur de herbis. Omnes herbarum Flores ad vesperam flaccescunt,
mane iterum expanduntur. Et virtus Radicis primum in caulem transit,
& reliqua, quæ surgunt ex eis, tandem in eas revertitur, per Autumnum
ibidem delitescens & per Hyemen usque ad Ver & Aëstatem. Vid. *Mart.*
Rul. & *Johnson. Lex.*

Clyisma, *Clyster*, *Clysterium* seu *Enema*, est Medicamentum internum, fluidum,
quod per Anum in Intestina injicitur. Clysteres alii sunt molientes &
laxantes, alii detergentes, alii astringentes, alii anodynæ, alii ad alias in-
tentiones parati. Germ. *Einpräzung* / oder *Clystier*.

Clyffus, est \triangledown Stimmi $\ddot{\text{A}}$ rea vel \mathfrak{S} Mineralis, vid. *Etmüll.* & *Schröd.*

Clyffus quoque est apud Chymicos alicujus rei *Essentia*, vid. *Quint. Eff.*

Clyffus, totam Rei *Essentiam* complecti potest, quandoquidem abjectis impurita-
tibus & fæcib⁹, quicquid in ea est *essentialia* ad unum redigitur *compositū*.

Clyster, *Clysterium*, *Clismus* seu *Enema*, vide *Clyisma*.

Cnicus, vide *Flores aut Semen Carthami*, Germ. *Wild Saffran*.

Cnicus sylvestris, alter *Theophrasti*, *Cnicus supinus*, seu *hirsutior sylvestris*, vide
Carduus Benedictus. Germ. *Cadobenedicten*.

Coabac, sunt *Grana similia Cardomomo*.

Coadunatio, *Mart. Rul.* & *Johns.* dicitur *Elaboratio*, qua uniuntur disgregata.
Dicunt quoque *Coagulatio*, dici etiam potest de *Mysterio Lapidis Phi-*
losophici &c.

Coagula=

Coagulatio, est rerum ejusdem naturae è consistentia tenui fluidaque ad solidam
Coactio, itaque, quæ resolutione aquæ, aërea, ignea sunt attenuata,
 per hanc in corpus homogeneum reducuntur. Et sic coagulatio comita-
 tur multas operas, veluti Divaporationem, Exaltationem, Nivationem,
 Destilationem &c. Fit duobus modis: Segregatione & Comprehensione.

Estque vel calida vel frigida. *Sign.* 90, 9, XX, 8, 8, HE, 15.

Coagulatio calida est, quando calore conveniente, res dissolutæ coagulantur.

Coagulatio frigida est, quando res in calido resolutæ, in frigido coagulantur.

Coagulatio per comprehensionem est, cum totum simul comprehensum, re-
 mistumque ad uniformem substantiam coagulat.

Coagulatio per segregationem est, cum quibusdam Segregatis reliquum con-
 crescit. Peragitur Calore, quo divaporat seu exhalat paulatim hu-
 mor, qui erat causa fluoris.

Coagulatum, est coactum rerum ejusdem Naturæ. *Sign.* 0, 0.

Coagulatum coagulans, est cinis ex Ære vel ∇ extracta, vel Fermentum fer-
 menti.

Coagulum est Mercurius, seu ♀ noster.

Coagulum, Coagulans, ♀ Philosophorum, prima materia; unde ♂ rum no-
 strum, Fermentum Fermenti, Spiritum coagulans, ♀ coagulans ♀ rium.

Coagulum Leporis, Germ. Hasenlipp / oder Gerinsel / est *Coagulum Ladis*, in
 Stomacho Leporis. Ita & *Coagulum Hæduli & Vituli* &c.

Coagulum specificum, est Essentia Materialis terrea, concreta in consistentiam
 sicciam per coagulationem.

Cobaltum, Cadmia nativa, fosilis, metallica, est Minerale terreum, vel recre-
 mentum metallicum, colore cinereum & ferè nigrum, æris & ♂ ti par-
 ticeps. *Muscarum Venenum* est. Foditur copiose haud procul Gosla-
 riâ. Causticum ac erodens, adeoque inter Venena habendum. Germ.

Cobald / Fliegen-Gifft / Mücken-Pulver. sign. A?

Cobastoli, est Cinis. Germ. Asche.

Cobatiorum fumus, est Cobaltum.

Cobbori, Cobori, Cohouri, est Lapis, liberans à Venenis. Germ. Gifft-Stein.

Coccalos, nucem pineam significat vid. Hippocr. 4. de R. V. I. A. t. 70.

Cocci Orientales, Coccule officinales, Cocci Indici, Cocculi di Levante seu *Levan-*
tici, *Grana Orientalia*, *Baccae Cotyle Elephantinæ*, *Baccae Levantice*,
Baccae Orientales & Piscatoriae. Germ. Coccels : Körner / Doll-
 Körner / oder Fisch-Körner. Fructus est magnitudine & figura ferè in-
 star Lauri Baccae racematum pediculis hærentes, Hederæ corymborum
 modo ex Alexandria adferuntur. Quidam Solani maniaci, alii Tithymalli,
 alii Clematis fructum censem.

Coccimela, à coccineo colore dicta sunt capitula Cozuli, vel de Prunis, vid.
Dioscorides.

Cocciniliæ, Coccionellæ & Cochionellæ, Germ. Roschionellen. Sunt vermiculi vo-
 lantes, qui exsiccati ex Hispania & Indiis apportantur.

Coccon, *Granum mali punici* significat Lex. Brun.

Coccus, *Granum quodvis aut Baccam* denotat. Strictè verò ab Hippocr. sumtum
 pro Cocco Connidio, s. Baccis Laureolæ.

Cocculae Orientales seu *officinales*, vid. *Cocci Orientali*. Germ. Coccels : Körner /
 Dollkörner / oder Fisch : Körner.

Coccum gnidium, vide Semen Cocognidii, Germ. Kellers : Halß.

Coccum infectorium, } vide Kermes, Germ. Kermes : Beer.

Cochia, epitheton Pilularum officinalium usitatissimarum, nimirum Pilulæ
Cochiae Rhafis. Est etiam Suffumigatio quædam sic nominata.

Cochium, Kochium, est quoddam Animal marinum, quod vulgo dicitur Vitu-
 lis marinus. Germ. Meer : Kalb.

Cochlea,

Cochlea, est nomen animalculi cuiusdā testacei, è generē Limacūm. Nam Limax quamvis aliquando generis nomen sit, propriè tamen de iis, quæ testā carent sumitur. *Cochlea* autem nomen iis proprium est, quæ domicilium suum circumferunt. (sive eae terrestres sint, sive ∇ tiles) bina prætendentes Cornua, quibus iter explorant, quod oculis sint destituta. Præferuntur, quæ in locis apricis & vinetis degunt, herbisque vivunt odoratis, collectæ ante solis ortum. Germ. Schnecken mit- oder ohne Häuser / weisse/ rothe/ oder schwärze. Vid Limaces.

Cochlea, seu *Concha margaritifera*, *Mater perlarum*, *Matriperna*, Germ. Persen-Mutter/ vid. Mater Perlarum.

Cochlea nuda, vid. *Limaces*, Germ. Schnecken ohne Häuschen.

Cochlear, *Cochleare*, *Cochlearium*, quale Instrumentum sit, notissimum est; sumiturque pro Mensura medica, estque vel majus vel minus. Galenus de Pueris epilept. sub f. L. 7.

Cochlearia, Germ. Löffel-Kraut. vid. Herbas & Semina.

Cochlearia palustris, Germ. Frisches Löffel-Kraut / vid. Herb. Plantag. aquatica.

Cochlia, vid. *Cochlea*, Germ. Eine Schnecke.

Cochleare maximum, pendet Drachmas quatuor est $\frac{3}{8}$. f. $\frac{5}{4}$. magnum sesqui Drachmon, $\frac{3}{8}$. parvum Drachmam unam $\frac{3}{4}$. minimum Drachmam semis, $\frac{3}{8}$. Germ. Löffel.

Cocilio, est Pondus undecim Unciarum $\frac{3}{4}$. Germ. 22. Röth.

Coeleas, *Cocles*, i. e. Antimonium $\ddot{\sigma}$. Germ. Spieß-Glaß.

Cocognidium, *Laureola*, *Mezereon*, vid. Semen Cocognidii, Germ. Zeiland/Besdelbast / Kellers Hals.

Codio Pharmacopœorum, est in coquendis medicamentis, quæ nihil aliud est, quam particularum quarundam, mediante Liquore, Extractio, Germ. Kochung.

Codegi Indi, id est, Folium Indum, Germ. Indianisch Blatt.

Codia, sunt Capita, nimirum Capita Papaveris, Germ. Mag-Saamen-Röppf. ex quibus Syr. conficitur.

Cœcilia, *Cœcula*, est nomen Serpentis, cuius morsus & venenum eadem cum amphisboena aut vipera infert symptomata. vid. *Forestus* & *Aldrov.* &c.

Cœlum, *Chymicus* significat quintam Essentiam, formas rerum essentiales, vid. *Libav.*

Cœlum Lullii, est Spiritus Vini ∇ . vel quinta essentia Vini.

Cœlum Philosophorum, significat Lapidem Philosophorum, Medicinam Catholam. *Mart. Rul.* & *Basilii Val.* Scripta.

Cœlum spagyricum, est suprema pars vasis Philosophici, vid. *Mart. Ruland.* & *Johns.* &c.

Colum ∇ restre, ∇ tum Cœlestē, ∇ Coeleſtis, vid. ∇ Fidelis.

Cœmentatio, est per stratificationem & calcinationem reverberatio, vel per reverberationem calcinatio.

Coementum, vel *Cementum*, est $\ddot{\sigma}$ cuius ope *Calcinatio* cémentatoria peragitur, vel ut alii, est mineralis acuta materia & penetrans, cum qua Metalla strata ad cementandum, reverberantur. Estque vel simplex vel mixta; item in forma $\ddot{\sigma}$ ris vel pastæ. *Lex. Brun.*

Coenum, est Lutum vel limus.

Coeruleus Lapis, *Cyaneus Lapis*, *Lapis stellatus*, *Cyanon*, vid. *Lapis Lazuli*, Germ. Lazur / Bergblaue / Lazur-Stein.

Coërcens Virtus, Styptica, & ipsam percussiva potest dici.

Coffe, *Coffee*, *Coffi*, *Coava*, *Bon*, *Bunchum*, *Choava*, Fabarum species est, in Arabia felici nascentes; ex quibus testis & tritis ∇ fervida TRa. extrahuntur,

- tur, quæ sorbillando à Turcis, Ægyptiis, Persis aliisque Nationibus ex vasculis ebibitur. Arbor Evonomo similis est, sed folia crassiora, durioraque habet, imò viridiora & perpetuo virentia. Singulæ vel plures fabæ folliculis Castanei coloris includuntur. Germ. Coffe/oder Caffe-Bohnen. *Cohob*, & *Cohobium*, idem est quod *Cohobatio*.
- Cohobatio*, est Liquoris corpori sæpius affusi frequens abstractio, seu destillatio & reiterata affusio, vel exaltationis virium gratiâ, vel etiam majoris fixationis causâ. Rolf. Chym. Lib. 2. cap. 2.
- Cohol*, duo significat; nam est omnis Medicina ocularis, & similiter Antimonium. ♂.
- Col.* ità à Medicis præscriptum, legendum est, *Cola*, Colaturæ, seu Colentur, &c.
- Col. add.* ità à Medicis præscriptum legendum est Colaturæ adde, seu Colaturæ addantur &c.
- Colamentum*, in officinis Colatura est liquefactæ rei à fæcibus suæ turbulentæ separatio I. A. Ponth.
- Colatio* aut *Colatura*, est id quod post coctionem & infusionem, per cibrum, colatorium seu pannum percolatur, & ità à remanentibus crassis separatur.
- Colatorium*, est Cibrum, Linteum, Pannus aut aliud quid, per quod aliquid colatur. Germ. Colatorium / oder Senh-Tuch.
- Colchicum*, seu *Ephemorum nostras*, Germ. Zeitlosen. Radix est Bulbo similis, in pratis & locis humidiорibus nascitur; ea exsiccata flaccida est, minimè purgatoria sed lethalis. Joh. Rhen. Germ. Herbstblumen / nackende Huren/ Storchen-Brod/ Nacht-Blumen / Spinn-Blumen.
- Colchicum non venenatum*, vid. Radices Hermodoctyli albi.
- Colcothar*, communiter est remanentia sicca post distillationem ~~�~~ tus & ~~�~~ ei Oli, vulgo *caput mortuum* dictum, à quibusdam atramentum rubrum appellatur, à Paracelso Henricus rubeus. Sign. ☽, ☽+
- Colcothar*, apud Paracelsum dicitur Vitriolum fixum. de Nat. ver. L. 7. de refusc. Rer. natur. quandò videlicet phlegma à Vitriolo destillando abstrahitur, atque hoc toties, donec Colcothar phlegma, sive △am communem propriam imbiberit, neque ulla amplius △a destillaverit, licet Δne urgeatur. Dicitur Serpens seu *Lacerta viridis*, quæ propriam caudam devoravit.
- Coloritium*. *Coloritium* est Liquor compositus ex corrosivis Metallorum ini-micissimis materialibus, quod probatur ☉rum ad Lydium Lapidem affratum, & cui nullum metallum, præter ☉rum solum resistere potest.
- Coliandrum*, i. e. *Coriandrum*, Germ. Coriander.
- Colrida*, est Crusta panis. Germ. Brod Rinde.
- Colium*, est Animal marinum; cuius virtus est propinqua virtuti Animalis Castorei.
- Colla*, Gluten vel Glutinum significat, idquè omne dicitur, quo sicca corpora uniuntur. *Colla libraria*, ex Simila, & Garo habet virtutem emplasticam &c. vid. Lex. Brun.
- Collapiscium*, Germ. Häusenblasen / vide Ichtyecolla.
- Collectio*, de variis usurpatur v. gr. de Medicamentis simplicibus, Herbis &c. vid. Schræd.
- Colleticus*, hoc est facultatem habens glutinandi & conjungendi divisas partes, Galen. Lib. 5. de S. F. cap. 2. Unde *colletica* sive *glutinatoria* Medicamenta, vocantur, quæ divisas partes in pristinam unitatem reducunt. Sicut etiam Emplastrum ex ☉to, ☉ & ☉ factum.
- Collimus Lapis*, est Medulla Lapidis Aëtis, vid. Schræder.
- Colliquatio chymica* seu *artificialis*, dicitur de rerum solidiorum vi Δnis Liquefactione, quæ & Fusio appellatur. Rolfinc. vocat Liquefactionem, estq;

estq; duplex, simplex & probatoria, Chym. Lib. 2. c. 2. Imò Mart. Rul. adhuc strictius descripsit, respiciens ad præpositionem cum præfixam, quod sit plurium fusilium in Δne ad unum compositum per Δneam eli- quationem conjunctio.

Collitrichon, Polytrichon nigrum, verum, est Capillus Veneris, Germ. Frauenhaar. vid. Herbas.

Collix Pastillum vel Trochiscum, significat. vid. Hippocrat. & Aeginet. est panis rotundi genus, Teste Aristoph.

Collyrium, Collurium, quondam erat Medicamentum oblongum, quod in oculorum affectibus sumebatur, in oblonga nonnunquam vero arbiculari forma paratum, & vehiculo convenienti pro oculis sanandis dissolutum. Germ. Augen Arznen / &c. vid. Hippocr. & Galen.

Colocasia, Faba crassa, & pinguis, Aizoon, Agrion, est Crassula major, Germ. Knaben-Kraut / vid. Herbas.

Colocynthis, Syciona, est Citrulli species, amarissima cucurbita & Cathartica, Cucurbita agrestis & sylvestris, Germ. Coloquinten-Aepfle / Wilder Kürbis. Exoticum est, advehitur nobis cortice denudato (& tunc albidi est coloris) ex Alexandria, Egypto, Gallia, Hispania & Italia. Arabice Albandal, Chandal, Handel & Handhal &c.

Colofonia seu Colophonica dicitur, quod ex Colophone turbe olim advehebatur, est substantia oleaginosa, flavescentia, arida ac friabilis, residua ex resinis, abietina strobilinaque coctione dum purgantur vel destillantur, inspissatis ac frigore induratis. Est etiam istud residuum, quod post destillationem Terebinthinæ remanet, dicitur & Pix græca seu Brutia.

Color, apud Chymicos est Tinctura legitima atque propria ejusdem subjecti, cuius nomen habetur. De coloribus spagyricis præsertim in negotio Lapidis Philosophici, plura loca quærenda in Th. Chym. &c.

Color ultramarinus, vid. Lap. Lazuli, Germ. Lazurstein.

Coloratio per ablutionem est, cum fuscedines -les, aliaeque fordes colore obscurantes, acribus visis eluuntur, itaque color illustratur exaltaturve.

Coloratio per calorem solum, est modus colorandi, cum epotentia in actum, seu ex occulto in manifestum, color protrahitur, adhibitio calore dunataxat alteratorio. Nequè solum principali extractionis fine hoc fit, sed & inservit Tincturis arcannis.

Coloratio per externa est, cum superficiebus dunataxat color exaltatur. Id fit variis modis, quibus aliter atque aliter disponitur subjecti facies externa ad lumen diversimode terminandum, unde oritur color diversus &c.

Coloratio per baustum Liquoris ingredientis, est frequens admodum colorationis modus, per liquidam Tincturam, quam res colorandæ potare, seu combibere coguntur &c.

Coloritum, est Gradatio coloris, per pastam acutam, quam Coleritum etiam nominant &c.

Colubrina, vide Radices Bistortæ, Dracontii seu Serpentariæ.

Colubrinum, vide Lignum colubrinum.

Colum, est omne illud, per quod ad Liquorum depurationem, aliquid colatur & transmittitur, ut cribrum, linteum, manica Hippocratis, &c. Germ. Eine Sehe.

Columba seu Columbus, est Avis notissima, domestica & sylvestris. Germ. Eine Taube / ejus Stercus aliquando Emplastris admiscetur.

Columba alba est Mercurius vitæ § v.

Columbaria, vide Verbena, Germ. Ensenkraut.

Columbina, Dracontium, Serpentaria rubra, Colubrina Fuchsii & Lon. vid. Rad. Bistortæ, Germ. Mutter-Wurzel.

- luthea**, est planta Sennæ similis, sed in duplo pondere adhibenda, aliquando
Sennis admixta invenitur, vid. Folia Sennæ.
- Colymbades**, dicuntur Olivæ murcâ conditæ, Germ. Oliven.
- Colymbæna**, est nomen Astaci vel Squillæ marinæ, Galenus L. 8.
- Coma aurea**, vide Flores Stæchados citr. Germ. Rheyne: Blumen.
- Coma**, vide Summitates Herbarum.
- Combustio**, est Ignitio, corpora comburenda incalcem redigens, Incineratio, vel
Vitrificatio.
- Comeos**, est omne Gummi, in specie verò dicitur Gummi Arabicum.
- Cometz**, est Gutta semis g tt. f. Germ. Ein halber Tropfse.
- Comidi & Comisdi**, est Gummi Arabicum. g. Germ. Arabisches Gummi.
- Comidionis**, est Semen Papaveris albi. Germ. Weisser Mahn: Saamen.
- Commagenum**, & **Comagenum**, est nomen Unguenti cuiusdam cuius memi-
nit Galenus Lib. 2. quod & alias *Syriacum* dicitur. Vid. Lexic. Brun.
- Commanducatio**, pro Masticatione usurpatur aliquoties apud *Scribon*. Aliis
quæque dicitur, manducare, mandere, commandere. Rhod. in Lexic.
Scribon.
- Commi**, Gen. **Commis**, est Gummi, vid. Rhod. Lex. *Scribon*.
- Comminutio**, est cum in minutissimas partes per collisum cum aliquo rem re-
digimus. Et inservit ei nonnunquam rei exsiccatio, tostio, contusio at-
quæ cibratio &c.
- Commixtio**, **Commixtio**, cum res diversæ in unam veluti massam vel acervum
conjuguntur. Chymicis ea est, cum corpori calcinando vel $\frac{1}{2}$, vel
Flum, vel Culinarium adduntur, isquæ Δ ni admotis res ipsa in cal-
cem redigitur, de qua specie vide plura apud Rolf. Chym. Lib. 2. cap. 3.
Vel 7. Sign. \textcircled{C} .
- Commotica sc. ars**, est pars Medicinæ à Cosmetica differens, quod circa fucum
& pulchritudinem, vel ornatum adscititum versetur, &c. vid. Lex. Brun.
- Com.** ità à Medicis præscriptum legendum est Communis s. Commune.
- Comparatio Chymica**, v. gr. \textcircled{g} rii cum conjugibus &c. vid. Lex. Brun.
- Compl.** ità à Medicis præscriptum, legendum est Completum.
- Comp.** ità à Medicis præscriptum, legendum est Compositum.
- Composita**, sunt Medicamenta, quæ ex variis simplicibus Medicamentis pa-
rantur, ut sunt ∇ æ quædam, Electuaria, Emplastræ, Opiata, Syrupi,
Trochisci, Unguenta &c. quæ in vulgaribus Officiniis prostant: Sunt eti-
am quædam Chymica, ut variae Essentiæ, Pulveres, Balsama, Spiritus, Salia
volatilia, Tincturæ &c. Germ. Zusammengesetzte Arznei.
- Compositio**, est cum varia Medicamenta invicem miscentur, ut in Mithridatio
& Theriaca &c. compositio Philosophica, quæ fit per viam Leopoldis Philoso-
phorum. De Essentiis compositis prolixè legatur Lib. v. Alcb. Phar. c. 32.
Sign. \textcircled{D} , \textcircled{E} .
- Concentratio & Concentrantia medicamenta**, sunt ea, quibus acidum ità mode-
ratur, additione alcali, ut nemo eorum prædominetur: ut in Tartaro Vi-
triolato: Unde dicitur humores concentrare, quando acidum superflu-
um ab alcali subjugatur, vid. Absorbentia.
- Concha**, idem quod *Cochlea* & dicitur *Conchula*, varias habet significaciones,
notat Animal testaceum omne, sive lævibus testis, sive asperis præditum,
aliuando tamen contra distinguitur à Purpuris, Cochleis, Ostreis, Con-
chyliis, uti prolixè ostendit Aldrovandus Sign. Θ , \textcircled{B} .
- Concha seu Coeblea Margaritifera**, *Matriperna*, Germ. Perlen: Mutter/ vid. Ma-
ter Perlarum.
- Concha** quoque significat Patellam vitream, Germ. Glas: Schalen.
- Concha**, diversa quoquæ Vasorum & Mensurarum genera denotat. Ita apud
Hippocratem mensuram significat. Concha quoq; dicitur Labrum vel Vas
æneum seu Pelvis tonsoria. Forestus Lib. 6. Observ. 54.
- Concha Venerea**, Germ. Venus: Muscheln.

Conchæ,

Conche oblonge. Germ. *Langlechte Muscheln* / ex quibus Specificum antifebrile conficitur. vid. *Crollius*.

Conchæ preparatæ est Specificum antifebrile.

Conche seu Testa Ostreorum. Germ. *Ostern oder Austern* / *Muscheln oder Schalen*.

Conchis seu **Conchus** idem quod **Concha**.

Conchula Indica, Ostracum Indicum, Conchilii Indici Operculum. Germ. *Indianische Muschel-Schale*. vid. *Blatta Bizantia*.

Concinnitas vid. *Harmonia*, alias *Concinnare* ex diversis aliquid conficere significat.

Concoctio idem quod **Coctio**. Germ. *eine Kochung*.

Concretio, est liquidæ alicujus coctionis aut succi in massam solidiorem Condensatio, ut *Absinthii succus condensatus*, *succus Glycyrrhizæ, Acaïæ, Hypocystidis &c.* Germ. *Dickmachung*.

Condari, Condam, i. e. *Thus*. Germ. *Behrauch*.

Condensantia & Condensatio vid. *Incrassantia*.

Conder, i. e. *Olibanum* seu *Thus*. Germ. *Behrauch*.

Cond. ita Medicis præscriptum, legendum est **Conditum**.

Conditi, Struthion, Lanaria, Radicula est *Saponaria*. Germ. *Seiffen-Kraut*. vid. *Herbas*.

Conditum in genere significat omne id, quod artis operâ gratum redditum est, sive alimentum sive medicamentum fuerit. vid. *Schröderus Lib. 2. Cap. 46. &c.*

Conditura, vel idem significat quod Condimentum, materia illa, quâ aliquid conditur, *Aromata, Muria, Sal, Saccharum, &c.* vel denotat modum condiendi.

Conf. ita à Medicis præscriptum, legendum est **Confectio**.

Confecta seu **Confectum, Confecta**, vocantur res (ut *Amygdala, Cinamomum, Nuces, Pini, Semina, &c.*) *Saccharo* sicco obductæ & incrustatæ. Germ. *Confekt*.

